

1590.

Affarius, Johannes: *De communitate* -
1662. Walzel, Sebastianus: *De legatis*
1689.

Lombardus, Petrus Philippus: *De obligationis statu
naturali ac praeter naturali*.

1691.

Sorba, Johannes Scalas: *De successionebus ab intendato*.

1714.

= Wiederholdt, Johannes Lutetianus: *De praerogatione
primogenitorum illustrata*. 2 Bdept. 1714 - 1745.

1715

= Wiederholdt, Johannes Lutetianus: *De praerogatione
IPm. Imp. Ecclesie Tridentensis*. 2 Bdept. 1715 - 1733

1717.

Cuckhoff, Henricus Hfz: *De differentia inter pac-
trium natum et contractum*.

1720.

^{ab} Niderhoff, Jakob Luttorian: De omni bus territorio
nisi bus principum regentium.

1750

^{ab} Heringk, Dicks. Christoff: Num expectativa
in fidei imperii justitiorum aliquae visusque
privata?

1757.

Burckhardt, Naturae: Partitionem non punctariam
nei uni nei quae res productus substantiam inge-
di sed ratione naturale extimum attributum esse
... demonstratur.

1764.

Burckhardt, Jakob Henrion: Programme erete
notam, que ... committentes apud electiones
per semestra dyemal ... iuris, ultimorum
verborum Nov. t. XVIII (cap.). quantitatekem portionis
legitime parentibus et fratribus debite, dicto.

monumentis, geniumus securum inquirentibus.

1765.

1. Eberhard, Dr. Herv. : Sicutiam feodi alienati gene-
zalem sufficere est praesentandum jus retractas agna-
tum, probatur.

1766. ✓

1. Burckard, Wehrm. : De usuris seminibus lege
provinciali Norvegiae p. I. Cap 9. 57. itaq.
ordinal-politica. Nassau. p. I. § C. Num 2. p 47.
mobitis.

2. Burckard, Dr. Herv. : De praecipuis politica regibus
festis non anteponendis.

3. Burckard, Dr. Herv. : De partis dubitibus ob supervenienti-
bus litiorum luctuosis.

1767.

Burckard, Dr. Herv. : De jure agnatorum contra socii
nam de fidei transactionem vasalli facultatem ha-
bentem.

'jeneS' generatim sive 'Illustratus'.

87

P. 278
10. *B. 50. num. 5. 1714. 11. 6*

DISSE^TAT^O IVRIS P^VBLICI
DE
**PRAEROGATIVIS
PRIMOGENITORVM
ILLVSTRIVM**

SVB PRAESIDIO
IO. LVDOVICI VVIEDERHOLDT

I. V. L

IVRIVM PROFESSORIS P^VBLICI ORDIN.
ET CONSILIA^RII NASSOV

HERBORN^AE A. MDCCXIV

RESPONDENTE

IO. PHILIPPO CASPARO BEHR

P^VBLICE HABITA
NVNC VERO OB MATERIAE PRAESANTIAM
ET RARITATEM
DENVO RECUSA

HERBORN^AE 1745.

LITERIS IO. NICOLAI ANDREAE





SECTIO I.

De his qui primogenitorum appellatione veniunt generalia praemittit.

§. I.



E Praerogatiis Primogenitorum illustrium acturi, nolumus in re perse clara, Etymologiae ac explicacioni nominali, aliisque eo spectantibus diutius insistere, nec item Grammaticalem: An filius natu maximus *primigenius* potius, quam *primogenitus* dicendus sit? nostram facere, cum temporis & instituti ratio, vt circa ineptias mere vocales & lana caprina viliores simus prolixii, haud patiatur. Pertinet etiam ad ICti officium, non tam verba, quam vim ac sensum verborum, perpendere. *L. scire leges 17. ff. de LL.* Nos saltem, quibus virtusque vocabuli, nullo admisso discrimine, in hac nostra dissertatione indifferens erit versus, virtusque pari auctoritate dignabimur. Per primigenium autem, sive primogenitum, intelligimus

A

illum,

illum, qui primo loco natus est, seu, qui ex pluribus natis primus lucem hanc naturalem adspexit. Dominic. Cardinal Tuschus Praet. Conclus. Tomi. 7. lit. P. concl. 655. num. 1. Hoc sensu etiam in sacra Scriptura sumitur, ut Num. 18. v. 15. cui suffragatur authoritas iuris Canonici in Cap. Ioseph. 5. X. de Verb. Sign. Dum autem de Praerogatiis Primogenitorum loquimur, per Praerogatiuam nihil aliud intelligimus, quam praeeminentiam & dignitatem aliquam, vel ius aliquod praecipuum, quod Primogenitis p[re] liberis postgenitis debetur. Quem intellectum hoc Praerogatiuae vocabulum etiam in iure nostro ciuili adsumit in L. Rescripto 6. §. 4. & L. munerum 18. §. praeterea 25. ff. de Muner. & honor. & L. 14. Cod. de legitim. hereditib. Primogenitorum illustrium vero in rubrica propterea mentionem fecimus, quia vase de omnibus loqui, propositi metam egreditur.

§. II.

Hoc etiam dubitationem nullam admittit, quod is non solum primogenitus dicatur, qui inter plures primo loco est natus, sed etiam, quem nulli alii postgeniti sequuntur. arg. L. ex duobus 34. ff. de Vulg. & pup. subst. L. 92. & L. 155. ff. de Verb. signif. Tusch. pract. conclus. Tom. 7. lit. P. conclus. 660. num. 1. Ita vt primogenitus saepe sit qui vnigenitus, quemadmodum facer Codex de Salvatore nostro hoc etiam comprobatur, qui dicitur primogenitus omnis creaturae. Coloss. cap. 1. v. 18. Et primogenitus eorum qui obdormierunt. 1. Corinth. 15. v. 20. Quo etiam pertinet tex-
tus iuris Canonici in cap. Ioseph. 5. X. de V. S. iam ante relatus:

relatus: *Ioseph non cognovit Mariam, donec peperit filium suum primogenitum.* Ex hoc loco quidam peruer-
sissime suspicantur, & alios filios Marian habuisse: cum
mos diuinarum scripturarum sit, ut primogenitum non
vovent quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo na-
tus fuit.

§. III.

Vt vero aliquis pro Primogenito haberi possit, exi-
gimus ut sit natus. Quamdiu enim in vtero latet,
est mulieris portio ac viscerum. *L. i. §. i. ff. de Ventr.*
inspiciend. Et nondum dicitur esse in rebus hu-
manis. *L. sed si plures 10. §. i. ff. de vulgar.* & pupil.
substit. Sed saltē speratur fieri homo. *L. 2. ff. de mort.*
inferend. quia partus nondum editus homo non recte
fuisse dicitur. *L. in Falcidia 9. ff. ad Leg. Falcid.*
Oportet etiam ut non solum sit natus, sed etiam ut vi-
nus fuerit editus; qui enim mortui nascentur, neque
nati neque procreati videntur, quia nunquam liberi
appellari potuerunt. *L. qui mortui 129. ff. de Verb.*
Signif. Ad vitam partus probandam non tamen est ne-
cessarium ut vocem emitat. *L. 3. Cod. de hered. institu-*
end. Quid enim si mutus nasceretur? multo minus o-
pus est, ut clamor eius intra quatuor aedium parietes
exaudiatur, quod alias voluisse iura Saxonica testis est
Carpzou. in Iurispr. forens. part. 3. Conf. 17. def. 19.
num. 1. & 2. Ex vocis emissione quidem vita pro-
batur, sed inde non sequitur, voce non emissâ vitam
abfuisse. Quare licet partus vocem non ediderit, at-
tamen si vita eius ex aliis signis, puta motu corporis,
pedum, brachiorum, anhelitu & similibus deprehen-

detur, nullum clamorem aut aliud vitae probandae administriculum desiderabimus, iuxta modo citatum Carpzou. *dict. part. 3. Conf. 17. def. 19. num. 7. 8. 9.* vbi praeiudicium. Vid. Rennemann in *Iurispr. Rom. Germ. membr. 1. disp. 1. thes. 9.* Wissenbach. *part. I. disp. ad ff. 55. thes. 14.*

§. IV.

Praeter modo dicta partus etiam *perfecte* procreatus esse debet, per *L. 3. Cod. de posthum. hered. instituend.* partus enim imperfectus & immaturus, quia vivere non potest, habetur vel pro mortuo, vel pro plane non nato, ideoque nec successionis ius ipsi tribuendum, nec testamentum rumpere potest, nec fideicommissarium & alios qui poterant succedere excludit. *Dn. Stryck. in tr. de iure sensuum diff. 1. Cap. 1. num. 40.* Vnde si partus, antequam totus & perfecte quoad omnes partes ex ventre materno exierit, moriatur, nulla eius habenda est ratio. *Carpzou. in Iurispr. forens. part. 3. Conf. 17. def. 17.* Brunnemann *ad L. 1. 2. 3. Cod. de posthum. hered. instit. num. 12.* Hic autem locum habet ocularis inspectio, & standum est iudicio obstetricum tanquam ea in re peritarum. *Stryck. de iur. sens. diff. 1. Cap. 1. num. 40.* *¶ 41.* Pro perfecte edito autem partu etiam ille habetur, cui natura membra quaedam, modo non sint principaliora, degauit, ita ut non integrum animal sit editum, cum spiritu tamen, arg. *L. quod dicitur. 12. §. 1. ff. de liber. & posthum. hered. instituend.* vel etiam si numerum membrorum ampliavit. *L. non sunt 14. ff. de stat. homin.* propter quod etiam non illud spectandum est, quis

quis numerus sit digitorum, modo vel pluribus, vel paucioribus quis vti possit. *L. idem Qfilius 10. §. 2. ff. de Ædilit. Edict. Vnde & quosdam sedigitos appellarunt. Rittershus. in Comment. ad LL. XII. Tabb. Class. 3. part. 1. cap. 10. §. 1. Wissenbach. Part. 1. disp. ad ff. 55. thes. 14.* Huc referri potest puer biceps, triplex, trimanus, viimanus, item Androginus, sive Hermaphroditus, qui ambiguae Veneris, quos qui occidit, haud dubie sciarus est, capitis suppicio afficiendus. Wissenbach ad L. 38. de Verb. Signif. n. 2.

§. V.

Quod si tamen partus sit monstrosus, qui contra formam humani generis, conuerso more procreatus, illum capacem iuris primogeniturae esse negantur, arg. *L. non sunt liberi 14. ff. de stat. hom. L. 3. Cod. de postib. hered. infit. Struu. Exerc. ad ff. 3. thes. 4.* Et eiusmodi foetus mucili, prodigioli, monstrosi, in partu editi, ex lege Romuli poterant enecari, vel a parentibus exponi, dummodo eos prius ostenderent quinque vicinis proximis, si & ipsi id comprobarent. Gerard. Noodt de Part. expofit & nece ap. Veter. Cap. 2. Hanc Romuli legem deinde ipsi Decemviri in LL. XII. tabb. confirmarunt statuentes: *monstrosos partus sine fraude caedunto.* dicit. Noodt de part. expofit. c. 2. Rittershus. ad LL. XII. tabl. Class. 3. part. 1. Cap. 10. Quod etiam hodie permitte potest, si quid mulier ediderit vel inaequale visu, vel vagitu nouum, non humanae figurae, sed alterius magis animalis quam hominis partum, v. gr. si Vxor Canem, vitulum, viperam similemue bestiam pariat

omni rationis vslu carentem. Wissenbach. *in Comment.*
ad L. 38. ff. de Verb. Sign. thes. 1. num. 1. praecipue
 hic autem capitis, tanquam sedis animae rationalis ha-
 benda est ratio, & si illud a forma humana haud ab-
 errauerit, partus infelix conseruari & baptizari non oc-
 cidi debet. Vid. Dedeck. *thes. conf. Vol. 1. p. 2. libr. 1.*
sect. 3. n. 2. sequ. Et hoc postremo casu iura quoque
 primogenii retinebit in integra.

§. VI.

Nonnunquam etiam accidit, mulierem praegnantem
 uno vtero, duos, tres, quatuor, quinque imo plu-
 res Embryones gerere, & multa de huiusmodi re tam
 varia & incredibilia creduntur, vt fabulis adnumerentur.
L. antiqui 3. ff. si pars heredit. pet. rationem ho-
rum ex Aristotele referre conatur ICrus Julianus in
L. si pater 36. ff. de Solution. quae num vera, sufficiens
 & adaequata dijudicent alii, qui naturam partium il-
 larum secretiorum magis cognitam ac perspectam ha-
 bent, Medici praepriis ac Physici. Quia vero na-
 tura non permittit, simul uno impetu duos infantes
 de vtero matris excedere. *L. Arescusa 15. ff. de stat.*
homini. itaque in hoc foecunditatis casu, cum pro pri-
 mogenito agnoscimus, qui primus vterum egressus
 est, licet dum quilibet locum domicilii illius occulti
 mutare ac derelinquere properat, alias forte manum
 prius extra vterum protendat. Stryck. *de success. ab*
intest. diff. 7. cap. 2. §. 49. nam prout supra iam mo-
 nuimus, ille saltem partus pro primogenito habendus
 est, qui perfecte est editus, & quoad omnia sua mem-
 bra ab vtero materno separatus, *L. 3. Cod. de posthum.*
bered.

hered. insit. Castus hic inter non dabiles non est collocandus, sed cum Thamar ex congresu cum Socero suo Iuda erat grauida facta, iam multis retro seculis contigit, quemadmodum illum rerum diuinarum antiquissimus Scriptor Moyses Genes. cap. 38. v. 27. seq. in hunc sequentem enarrat modum: *Fuit denum quo tempore pariebat illa, ecce autem genitulos in ventre eius. Fuit inquam, quum illa pareret, ut eorum unus exseruerit manum: & acceptum obsterix coccineum filum dibaphum alligauit manui eius, dicendo hic prodierit primum.* Sed fuit cum hic retraxisset manum suam, *& ecce prodiret frater eius, ut diceret illa, quam perrupisti! tua est eruptio;* ideo vocavit quisque nomen eius Peretzum. Postea vero prodidit frater eius: ad cuius manum erat illud dibaphum: *& vocavit quisque Zerachum nomen eius.*

§. VII.

Lege Regia, quam ex illis legibus Romanorum Regum solam remansisse ferunt, negatur, mulierem quae praegnans mortua sit humari, antequam partus ei excidatur, & qui contra fecerit spem animantis cum grauida peremisse videtur. *L. negat 2. ff. de mort. inferend.* qua in re Magistratum oportet esse curiosum foemina coniugata mortua, si forte de vetero rumor, quia non raro viuus foetus cum matre sepelitur, cum foetus debilis esse possit & tamen viuus, ut recte monet Brunnemann ad diet. *L. 2. ff. de mort. inferend. num. 2.* Qui hoc modo exsecti sunt, nobis vocantur *Ausschindlinge*, & si Caeso matris vetero in lucem prodibant Caesares dicebantur, Caelones vero si necatis

catis matribus nascebantur. Limn. de jur. publ. libr. 2. cap. I. num. 20. & 21. Vbi quoque num. 18. ex Myzaldo refert, plures mulieres vixisse annos multos imo etiam concepisse ac peperisse caeso illarum vtero. Hanc nascendi sortem habuisse nonnulli tradunt Iulium Caesarem Imperatorem. Harprecht. ad princ. proem. Inst. num. 24. Limn. de iur. publ. dict. Libr. 2. cap. I. num. 16. seq. Et quod magis certum est, Ferdinandum Ducem Albenum, strenuissimum illum Caroli V. Imperatoris belli Ducem, propter Tyrannidem in Belgio satis notum. Limn. de jur. publ. Lib. 2. Cap. I. num. 19. Carol. von Hagen in Inst. iur. publ. libr. 2. cap. 4. §. 3. Quam tamen crudelitatis notam ab eo divertere conatur Famian. Strada, Iesuita, *de bello Belgico* libr. 7. pag. m. 340. seq. Quod si ergo exsesto ventre aliquis viuus extractus fuerit, hic similiter inter homines computatur, iuraque omnia, quae aliis liberis legitime natis competit, salua ac illibata habet. Sic competit ipsi querela inofficiosi testamenti, L. posthumus 6. pr. ff. de inoffic. testament. Et potest rumpere testamentum, L. quod dicitur 12. pr. ff. de liber. & posthum. hered. inst. matris nomine habet bonorum possessionem unde cognati. L. I. §. si qua praegnans 9. ff. *Vnde Cognati.* ad legitimam quoque hereditatem admittitur. L. I. §. sed si matri 5. ff. ad SCrum Tertullian. Quare eriam iura, quae primogenitis tribuuntur, ei, cui natura cum morte vel periculo matris fauit, non sunt inuidenda. Haec tamen magis quaestio in resoluendo sudorem extorquere poterit, si matris exsesto ventre, duo pueri viui simul appareant, vter ex illis primogeniturae praerogatiuam habeat?

habeat? accurate loquendo neuter, sed quia cessat ordo nascendi, & caelo vtero vtriusque par reperitur conditio, aequali quoque iure vt gaudeant aequitas suadet. Interim tamen si regni conditio talis ut consortem ferre nequeat, aut si decidendum foret, cui ex illis magis iura primogeniturae attribuenda sint, in illo casu, quia est dubius, rem sorti committendam esse arbitramur, cum Petr. Gregor. Tholossan. de Republ. libr. 7. cap. 5. num. 18. Idem dicendum foret, si quis Princeps, more Indorum aliorumque populorum, plures posset habere vxores, ex quibus plures eodem momento liberi enascerentur, de quo Tiraquel. de iur. primigenitor. quaest. 18. num. 4.

§. VIII.

Alia non minus controversia est quaestio, quid scilicet iuris sit, si gemelli sint nati, & ignoretur, quis ex geminis fratribus sit primogenitus. Tiraquellus, modo relatus, magnum illud Literatorum decus, de quo, quod abstemius, et magnum numerum librorum & librorum orbi dederat, Poeta aliquis cecinit:

Fœcundus facundus aquae Tiraquellus amator,

Ter quindecim librorum & libertum Parenſ.

Qui niſi restinxiffet aquis abstemius ignes,

Implesſet orbem prole animi atque corporis.

in suo, quem in multis sequimur, egregio de iur. Primogenitor. traet. quaest. 17. duodecim diuersas de hoc casu opiniones recenset. Sunt enim (1), qui sorte rem discernendam esse voluat, (2) qui gratificationi locum faciunt, (3) qui magis idoneum p̄aeferunt, (4) qui

B vtrum-

vtrumque ad successionem admittunt, (5) qui vt fratres alternis annis, vel aliis temporibus rerum summa potiantur, sentiunt, (6) qui omnes a successione excludunt, (7) qui formosorem, & (8), qui robustiorrem anteponunt. (9) Sunt alii, qui Proceribus regni vel populo electionem committunt, alii (10), qui Patri. (11) Reperiuntur, qui illum, qui in possessione est, anteponunt, & denique (12), qui illum praeferri volunt, qui primus possessionem hereditatis seu iuris primogeniturae nactus est post mortem patris, etiam si in tempore litis contestatae non possideat; vbi tandem opinionem quarto loco positam, quae vtrumque admittit, tanquam benignorem iurique ac rationi congruentiorem amplectitur, nisi alter possessionem rerum adeptus fuerit; aut nisi hic, qui possessionem prior accepit, eandem amiserit, & alter eandem acquisuerit & diutius possederit, in eaque esset, cum lis de hoc iure intentaretur &c. Addit postea: Possunt autem & ipsi fratres, si velint, rem sorti bona fide committere, nollem autem alterum invitum cogere, nisi forte res aliter transfigi non posset, immineretque quodpiam periculum.

§. IX.

Alium veritatis indagandae modum Lacedaemoniis quondam proposuit Messenius quidam, quem sequentibus enarrat verbis Petr. Gregor. Tholoffian. *de Republ. libr. 7. Cap. 5. num. 18.* "Lacedaemonios nihilominus incertos, quo pacto primigenium reperirent, "admonitos fuisse a quodam Messenio, nomine Paninte, vt obseruarent, vtrum puerorum mater prius lauaret

„uaret cibaretque, quam si deprehenderent eodem
 „semper modo factitare, habituros id omne, quod
 „quaererent, & inuenturos, quod vellent, sin illa alter-
 „nando erraret, palam fore, ne ipsam quidem quippi-
 „am magis nosse, & vt isti aliam rationem inirent. Ibi
 „que Spartiatas ex admonitu Messenii obseruantes ma-
 „trem puerorum, ignaram cur obseruaretur, animad-
 „uertentes, illam praeferentem alteri primigenium,
 „tum cibando tum lauando, accepisse puerum, qui
 „magis honorabatur a matre, tanquam primigenium
 „publiceque alendum curasse, imposito & ei nomine
 „Eurysthenes, iuniori Proclis, vnde Regum duorum
 „origo apud Spartiatas ex duabus familias. Sed fal-
 lacem hanc probationem esse quis non animaduertit?
 cum ex nuda matris propensione, quae aequa in libe-
 ros postgenitos ac primo loco natos cadere potest,
 nonnunquam etiam coeco imperu fertur, nil certi sta-
 tui possit.

§. X.

Nobis itaque in hoc opinionum diuortio placet sen-
 tientia Carpzouii in *Iurisprud. forens. part. 3.*
conf. 15. def. 18. quod punctus, nativitatis quia incogni-
 tus est, quum in occulto & clam soleant parere mulie-
 res, praeumptionibus atque coniecturis satis probe-
 tur, quo circa & hac in re testimonium obstetricum
 plurimum valere, non minus atque Parentum et vicinorum,
 idque eo magis, si duarum obstetricum testi-
 monium iuratum adsit. Ad hanc probationem prae-
 sumptiuam et coniecturalem etiam recurrit ICtus VI-
 pianus in *L. si fuerit 10. §. 1. ff. de reb. dubiis*, dum ait:

B 2

„Plane

„Plane si ita libertatem acceperit ancilla, Si primum
„marem peperit, libera esto, & haec uno vtero ma-
„rem & foeminam peperisset: Siquidem certum est,
„quid prius edidisset: non debet de ipsius statu ambi-
„gi, vtrum libera esset nec ne. Sed nec filiae; nam si
„postea edita est, erit ingenua. Sin autem hoc incer-
„tum est, nec potest, nec per subtilitatem iudicialem
„manifestari; in ambiguis rebus humaniorem senten-
„tiam sequi oportet, ut tam ipsa libertatem consequa-
„tur, quam filia eius ingenuitatem: quasi per prae-
„sumptionem priore masculo edito.“ Quod si vero
& tali testimonio destitueremur, quod sortis arbitri-
um, etiam liberis inuitis, hic locum inueniat, nulli du-
bitamus, arg. L. sed cum ambo 14. ff. de iudit. L. si
duobus 3. Cod. Commun. de Legat. L. 2. Cod. quand. &
quib. quart. pars debet. Dn. Stryk. in Exam. iur. feu-
dal. Cap. 15. quaeſt. 32. vbi fententiam hanc optimam
dicit, tibiipſi tamen quodammodo contrarius, quando
in tr. de Success. ab intest. differt. 7. Cap. 2. §. 49. ait:
tutius esse, vtrumque ad solum admittere, quam po-
steriorem opionem, quod nimur eterque & quidem
pro indiuiso ad successionem sit admittendus, amplexus
quoque est Dn. Brunnemann. ad L. si fuerit. 10. ff. de
reb. dubiis num. 6. 7. seq. ubi num. 8. illam communio-
rem, benigniorem iurique ac rationi conuenientiorem
vocat. Vid. quoque Carol. vom Hagen in instit. iur.
publ. Libr. 2. Cap. 4. §. 3.

§. XI.

Similiter filius, qui ante regalem, principalem aliam
ue a Patre adeptam dignitatem genitus, iure pri-
mi

mi nati etiam fruitur, nec excludendus est per fratrem, qui post eiusmodi a Patre consecutam dignitatem procreatus. arg. L. Senatoris filiam 5. ff. de Senator. L. cum aduocatio 8. Cod. de aduocat. diuers. iudicior. L. aduocatos 2. Cod. de aduocat. diuers. iudic. L. neque Dorotheum 61. Cod. de Decurion. Licet enim natus ante regnum patris, interim, dum pater est priuatus, non dicatur filius Regis, tamen quam primum pater Rex fuit, is quoque filius Regis fuit, & ita continuo incipit esse primogenitus Regis. Nam si est filius Regis, & nemo illum praecedens, consequens est, vt sit Regis primogenitus, prout ratiocinatur Tiraquell. de iur. primigenior. quaeſt. 31. num. 27. Et qui nullis liberis postea sublatis procul dubio regnasset, propter postea natum fratrem iure illo priuari non debet, quemadmodum sentit Bachou. ad Treutler. Vol. I. disp. 19. theſ. 16. lit. a. uoce ſicut & eum, qui ante. Carol. vom Haſgen in Inſtit. iur. publ. libr. 2. cap. 4. §. 3. Stryk. de ſucceſſ ab intefſt. diff. I. Cap. 3. §. 20. vbi etiam L. II. Cod. de dignit. quae hic obſtare videtur, ita reſoluit, quod priuus huius legis membrum per posterius corrigatur. Vid. tamen Petr. Gregor. Tholoffian. de Republ. libr. 7. cap. 9. per tot. ibi num. 2. hunc caſum ſub diſtinctiōne ibi proposita reſoluendum eſſe cenſet.

§. XII.

Quae haecne dicta, ad liberos naturales & legitimos ſimul, ſeu eos, qui ex legitimo matrimonio nati ſunt, proprie pertinent. Sed videndum nunc paucis, an liberi legitimi, vt iura primogeniturae iphis applicari poſſint, etiam digni habeantur? Liberi legitimi per ſubsequens matrimonium hodie aequiparantur

tur omnibus reliquis liberis ex legitimo matrimonio suscep[t]is. *L. Diui Constantini* 5. *Cod. de natural. liber.* nam subsequens matrimonium omnem maculam & turpitudinem tollit, vitiaque purgat, adeo ut legitimatus pro vere legitimo reputetur, & de eo dici possit, das Er aus einem reinen, frischen und unbefleckten Ehebett erziehlet und gebohren worden. Richter decif. 80. num. 14. & 15. & nomine Liberorum, qui voll. aut wohlbürtige dicuntur, veniar, Meuius part. 3. decif. 87. per tot. accipiatque literas natalitias quasi ex legitimo thoro & honestis parentibus sit natus. Carpzou. in *Iurispr. forens.* part. 2. *Conſt.* 16. *def.* 15. succeditque parentibus cum reliquis legitimate natis tanquam suus. Nouell. 74. & Nouell. 89. Struv. *Exerc.* ad ff. 38. theſ. 20. Etiam fecundum ius nostrum Topicum. Vid. Ord. Nassou. Part. 4. Cap. 1. §. 4. Nihil itaque est, quod liberos eiusmodi per matrimonium subsequens legitimatos, a successione in bonis primogenitalibus arceat. Myler. in *Ganalog.* *Perf.* *Imp. illuſtr.* Cap. 24. §. 2. Quod tamen Tiraquel. de *iur. primigen. quaest.* 34. num. 48. tunc solummodo procedere dicit, si primogenitus naturalis legitimetur per matrimonium ante nativitatem secundogeniti ex legitimo matrimonio, cui etiam accedit dict. Myler in *Ganalog.* *Perf. Imp. illuſtr.* Cap. 24. §. 7. Gail. *libr.* 2. *Obſeru.* 141. num. 3. Quam tamen distinctionem reiiciunt alii, quos inter Bachou. ad Treutler. *Vol.* 2. *disp.* 16. *theſ.* 2. *lit. d.* Fabric. ad Gail. *libr.* 2. *Obſ.* 141. *ſect.* 2. Optimum euitandarum litium remedium erit, si Conditores iuris primogeniturae statim ab initio caueant, an & quatenus futuris temporibus, in facti contingencia, eiusmodi liberi naturales ex post facto legitimati, ius

ius successionis habere debeant, vel non, quia prouisio
hominis collit prouisionem legis. *L. fin. Cod. de pact.*
conuent. Tabor in Barbos. locuplet. *libr. 14. Cap. 104.*
axiom. 5. Quemadmodum etiam constitutionibus quo-
rundam locorum dispositum reperitur, ne legiti-
mati per subsequens matrimonium in feudis succedant,
vti in Ducatu Brunsvicensi & Magdeburgico, nec non
in Marchia, tales ad feuda non peruenire, testatur Thyl-
lius in *nor. ad Gail. libr. 2. obs. 141.* ad Dn. Stryk. in *Ex-*
am. iur. feud. cap. 15. queſt. 38. quod & multi quoad
Electores S. R. I. defendant, quia A. Bulla *cap. 7. §. 2.*
requirit, eos esse legitime natos. Vid. *Linn. de iur. publ.*
Lib. 3. cap. 7. num. 17. & 18. Nobis in confirmationem
praedictae opinionis nostrae adhuc adponere luet
verba Ferdinand. Vasquii *Controv. illuſtr. part. 2. libr.*
3. cap. 42. num. 8. & 9. „Sed ad tollendas (ita inquit)
„ambiguitates, hodie in praxi saepe vidimus, omnes
„fere, qui Maioratus constituunt, invitare legitimos
„tantum, non etiam legitimatos, etiam per subsequens
„matrimonium, verum ubi sic nominatim cautum non
„esset ab ipso Maioratus conditore, sed is simpliciter
„ad suum maioratum seu primogenium descendentes
„legitimatos invitasset, non viderentur exclusi legitima-
„ti per subsequens matrimonium, non magis, quam si
„vere legitimi nati essent. „

§. XIII.

Supereft, vt etiam illorum naturalium liberorum, qui-
bus legitimatio per rescriptum Principis, & quidem
ita, vt etiam in feudis titulatis succedere possint, con-
tigit, aliquam hic faciamus mentionem: nimirum si
Prin-

Princeps pater filium primogenitum naturalem, & secundo genitum ex legitimo matrimonio reliquerit, quis in bonis primogeniturae ex illis, in concurso, tanquam primogenitus succedere debeat? Secundogenitum in hoc casu primogenito praferendum esse, statuit Myler ab Ehrenbach. in *Gamolog. Pers. Imp. illustr. cap. 25.* §. 8. nam, prout ibidem afferit, licet filius naturalis primogenitus fuerit natura prior, tamen iure fuit posterior. Ad haec duo vincula, videlicet naturale & ciuile, ex quibus constat successio, prius reperiuntur in legitime nato, quam in legitimato. Nec debet legitimatio tanquam donum Principis vergere in iniuriam tertii. Vid. *Tiraquell. de iur. primigen. quæst. 34. num. 49. Meu. part. 9. decif. 125. & 126.* Sed cum rubrum dissertationis nos ad alia vocet, haec sufficiant!

SECTIO II.

Resolutum, an ius primogeniturae sit fauorable?
& quo fundamento nitatur.

§. I.

Visis personis, quae ius primogeniturae sibi vindicare ius habent, nunc quidem etiam ex professo tractari posset de illis, quae ius primorum natalium introducere possunt, vel non; de modis, quibus introducitur; de forma, seu requisitis in huius iuris introductione praecise obseruandis; de bonis, in quibus radices agere potest; de fine huius iuris, alisque ad pleniorem thematis nostri cognitionem non minus ac illustrationem pertinentibus. Sed ne stateram transgredia-

grediamur, aut nigrum a rubro dissonet, pluraque tentemus, ac temporis, laborum & instituti admittit ratio, missis omnibus illis, quibus dissertatiuncula academica non sufficit, sed plenior calamus, breuitati habitus, ac antequam ad ipsas praerogatiwas Primogenitorum illustrium descensum faciamus, fundamen-tum, cui iura Protagonorum naturaliter superstruxa, quamvis per transennam saltem, examinabimus, hoc enim nisi in omni re prae-supponas, nihil quod firmum ac validum superae-dificare poteris. *cap. cu[m] Paulus 26. cauf. l. quaest. l.* Sed collapsa ruunt subductis tecta columnis. *Cap. veniens 3. X. de Presbyt. non baptizat.* *¶ cap. qualiter 24. X. de accusat.*

§. II.

Hic autem statim in limine est remouenda quaestio quodammodo praejudicialis, an nimirum primogeniturae ius sit fauorable, vel odiosum? Nam si posterius, vanum erit de ipsis praerogatiuis gloriari, cum odiosa sint restringenda, *cap. odia 15. X. de Reg. iur. in 6to.* ita ut nullum fauorem mereantur. Tabor in Barbo. locuplet. *lib. 12. cap. 16. ax. 5.* Iam vero non pauci reperiuntur, qui ius primogeniturae, de cuius praerogatiuis loqui est scopus noster, pro odio ac tyrannico habent, quippe quod inter liberos, quos natura, benigna mater, aequaliter dilexit, ac eandem portionem viscerum fecit, omnem aequalitatem tollit, amore parentum & successione debita eos priuat, ac deiicit in statum nonnunquam miserrimum. Vid. Bets. *de pacif. Famil. illustr. cap. 7. §. 12.* Hinc multi Principes ius primogeniturae acriter detestati sunt & vocarunt

C

das

das leidige Primogenitur-Wesen, eorumque successores: Das teuffelische Primogenitur-Wesen, referente Dn. Stryk. de cautel. testam. cap. 5. membr. 2. §. 16. in fin. Imo adeo exosum quibusdam fuit Principibus, ut maledictis non solum illud prosciderint, sed etiam eo posteris suis interdixerint seuerissime, bey Vermeidung zeitlichen und ewigen Unseegens, prout tradit Horn. in iurispr. feudal. cap. 15. §. 19. Et Vasquius ille, relatus a Maurit. Part. 2. Consil. Tubing. consil. I. num. 4. Maioratus, & quod eo recidit, primogenituras, penitus damnat, ac praecipuam causam esse ait, quod omnes vniuersique homines in Hispania, paucis Nobilioribus exceptis, tam nudi nascantur, ut iumenta ac pecora, & sicut serui ac mancipia.

§. III.

Verum enim vero, quemadmodum Parentes ut inter liberos aequalitatē exactam seruent, nullo iure praecise coguntur, & iactura bonorum, quam postgeniti patiuntur, in primogenitis conseruator, ac publica utilitate rependitur, nec etiam inaequalis bonorum distributio eundem in liberos omnes paternum aſſetū statim diminuit; sic quoque ea, quae ante citatus Betsius in contrarium differuit, ex professo refutanda sibi summis Dn. Ludolph. de introduct. iur. primogenit. part. spec. aph. 8. num. 10. seq. Aſſessor augſtissimi Camerae Imperialis iudicij nunc meritissimus, cui & nos subscribimus, & hoc primogeniturae ius maxime fauorable, & in iure naturae, diuino, Gentium & ciuili fundatum esse, ex rationibus aſſeuere non dubitamus, quas collegit Carol. vom Hagen in Inſtit.

Instit. iur. publ. libr. 2. cap. 4. §. 3. Cui iunge Borchold. part. 1. *Consil. 13. p. m. 206.* Maurit. *Consil. Tübinger part. 2. consil. 5. num. 5. seq.* Fritsch. *in Manual. Iurispr. publ. voce primogenitura pag. m. 230.*

§. IV.

Hic, quem erga primam nostram progeniem vulgo concipimus, fauor, exinde etiam robur aliquod concipit, quod apud Iudeos Christum praefigurarunt Primogeniti, Zepper *de Leg. Mosaic. libr. 1. cap. 7. v. primogeniturae lex.* Et cuncta ex bonis paternis habuit duplia, qui natu fuit maximus, erat enim principium potentiae patris. Deut. *cap. 21. v. 17.* Erant primogeniti etiam ceteris honoratiores ac ad imperium destinati. Sic Isaac benedicens filio Iacob, qui Dei ordinatione primogenitus erat, cuique ius suum primogeniturae Esauus diuendidit, seruant, inquit, tibi populi, & incuruent se tibi nationes, honorem exhibentes, esto heres fratribus tuis, & iucuruent se tibi filii matris tuae. *Genes. 27. v. 31.* Et Patriarcha Iacob, propheticō excitatus spiritu, *Genes. 49. v. 3.* duas commemorat praerogatiwas iuris primogeniturae, quae primogenito Ruben obuenturae fuissent, nisi se incestu maculasset. Similiter Iosaphat regnum dedit filio Iehoram, quia erat primogenitus. *2. Chron. 21. v. 3.* Deo quoque erant omnia primogenita offerenda, suum esse dicens omne primogenitum. *Exod. cap. 13. v. 2.* Vid. *cap. magnae devotionis 7. v. 6. cum igitur X. de Vot. & voti redempt.* Imo et primitiae frugum maturarum ac liquoris Deo erant sacrae. *Exod. 22. v. 29.* Coruin. *a Beldern de person.* *& benefic. ecclesiast. part. 2. libr.*

libr. 7. tit. 7. num. 3. seq. Melchior Friederich in *Quæstion. Canon. de Decimis part. I. quæst. I. num. 8.* Erat quoque illa plaga prorsus exitialis ac omnium grauissima in Aegypto, cum Deus caederet primogenita Aegyptiorum. Vid. Exod. cap. 12. v. 12. seq. & Psalm. 78. v. 51. Sed & referunt primogenitos vestem habuisse specialem, spiritualem, pretiosam & odoriferam, quam tempore sacrificii tantum induebant eosque in solennitatibus & coniuuiis benedicere solitos fratribus minoribus, recepturos tandem Parentum benedictionem. Tiraquell. de iur. primigen. in *præfat.* num. 17. & 18. Reinkling in der Biblischen Polycey libr. 3. ax. 37. Knipschild. de fideicom. Fam. mobil. cap. 6. num. 279. Ipse Deus etiam in fauorem primogenitorum legem dedit Deuteron. cap. 21. v. 15. 16. & 17. dicens: *Si fuerint alicui duae uxores, una dilecta & altera exosa, peperitque ei filios dilecta & exosa: fuerit autem filius primogenitus eius, quae exosa est: Tum erit, ut quo die possessores instituerent filios suos eorum, quae sunt ipsi; non posset primogenitum efficiere filium dilectae in conspectu filii exosae, qui primogenitus est: Sed eum, qui primogenitus est, filium exosae agnoscito, dando et portionem duorum ex omnibus, quae præsto sunt ei, nam is est principium potestioe eius, ipsius est ius primogenitorum. Quam legem hodie & hunc usum babere dicit Zepper de LL. Mosaic. libr. 4. cap. 18. s. bodie. vt si ad secunda vota tranfierit pater, & ex posteriori quoque matrimonio liberos suscepit, nouercalibus instigationibus deliniri se non patiatur, ut prioris matrimonii liberos suos odio habeat, institutionem, educationem & elocationem ipsorum rectam negligat, & quae ipsis diuino & naturali iure debentur*

tur racultates, ad posteriores transferat, quemadmodum saepe fieri videmus.

§. V.

Non autem in sola Iudeorum Republica sors primogenitorum praecipua fuit, sed etiam alii existerunt populi, qui similiter primo loco filium natum, ultragenitis liberis longe anteposuere. Stryk. *de success. ab intest. diff. 8. Cap. ii. §. 2.* De Aegyptiorum primogenitis hoc negari nequit, propter textum in Exod. *cap. 12. v. 12. seq.* Et hunc quoque morem apud Moabitas, Albanos, Graecos, Athenienses, Macedones, Troianos, Persas, Syros, Parthos, Numidas ac alias plerasque Gentes viguisse, author est nobis Tiraquel. *de iur. primigen. in praefat. num. 22. 23. & 24. Maurit. Consil. Tubing. Part. 2. Consil. I. num. 8. & 9. Petr. Gregor. Tholoss. de Republ. libr. 7. cap. 5. num. 2. seq.* vbi hanc consuetudinem iuris Gentium fere esse dicit.

§. VI.

Nec hic acquiescent Doctores, sed alia etiam conquirunt, quibus partus primogenitos commendare gestiunt. Sic primogenita pulchriora & robustiora esse dicunt, Tiraquelle. *de iur. primigen. in praefat. num. 67.* quod tamen saepius fallere, nemo est qui dubitet. Ad haec in medicamentis, incantationibus, medicis remediis, & id genus aliis, quae ex animalibus conficiuntur, plus habere virium & ponderis primogenita, & prima quaeque cetera, & interdum ea solum in eas res prodesse, non etiam alia, ex modo citato Tiraquelle etiam refert Knipschild. *de fideicommiss.*

Famil. nobil. cap. 6. num. 299. Imo animalia bruta, quae solo appetitu naturali feruntur, foetus primogenitus charius amare, ac scrofam cum peperit, primam mammam porco, qui primus in lucem prodiit, praebere, tanquam omnium sibi charissimo: Canes quoque maximo natu catulo ius primogenitum tribuere, & quae sexcenta sunt eiusdem generis alia, itidem videre est apud Tiraquell. *de iur. primigen. in praefat. num. 43. seq.* quem iterum sequitur Knipschild. *de fideicommiss. Famil. nobil. cap. 6. num. 298.* § 299. Sit interim fides penes autores, nec nos hic quid aut credere, aut non credere debeant, aliis legem prescribere volumus.

§. VII.

Quod etiam mater, amore magis intenso ac vehementiori, partum suum primogenitum praeribet postea natis foueat, sunt, qui nobis persuadere volunt. Nec suis hi destituuntur rationibus, quoad maximum suam partem non contempnendis, quas copiose affert a Tiraquelle *de iur. primigen. in praefat. num. 41.* citatus Antonius Ludouicus Olyssiponensis, *Problemat. libr. 2. sect. 3. cap. 2.* cuius haec sunt verba:
 „Cur matres primos natos ardentius & impatientius
 „amant? An quoniam ea longius amore profequimur,
 „quae pluris confiterunt? primi autem liberi pri-
 „mum genitalia vincula claustraque ruperunt & Lu-
 „ciniam doloribus inuocari fecerunt. An quia matres
 „tum primum dici & inuocari incipiunt, quod ma-
 „gnae cuiusdam reuerentiae putatur? An quia pi-
 „gnus quoddam & veluti arrabonem accipiunt, quo
 „viri

„viri coniugibus firmiori copula adhaereant! Hinc
 „igitur a matribus pueri impensis diliguntur, quia
 „longiori tempore labores & entendi, partusque dif-
 „ficultates pertulerunt. Quod vero in senectute pe-
 „pererunt, ideo etiam amare aegrius & affectiosius so-
 „lent, vel quia ceteris grandioribus iam factis adhuc
 „sunt paruuli, vel ut fructum Veneris postremum,
 „quem ultra foecundari desierunt, vel quia parenti-
 „bus imbecillis prae senio iam redditae, scipionem
 „quendam & baculum, quo imbecillis & inualida eo-
 „rum senectus fulciatur, sustulisse videntur.“ Veri-
 tati quidem, ut iam diximus, hae rationes accedunt,
 non tamen sunt vniuersales, nec enim est vna omnium
 parentum indoles, aut aequalis illorum sine discrimi-
 ne in liberos suos prius genitos propensio, & ipse *Ti-
 raquellus* in modo citato loco fateretur, nonnullos filios
 suos nouissimos, praesertim in senectute generatos, prae-
 coeteris diligere, adducens hanc in rem exemplum
 Iacobi Patriarchae, Genes. 37. v. 2. qui dilexit Iose-
 phum prae omnibus filiis suis, eo quod filius esset ipsi
 in senectute natus, feceratque ei tunicam versicol-
 rem.

§. VIII.

Nos itaque in quaestione illa, an in primogenitura
 naturali, affectus Genitorum erga liberos primo-
 genitos, his praerogatiwas illas insignes conciliauerit,
 vel an in liberis primogenitis ipsis aliquid lateat, quod
 eos Parentibus commendabiles reddat; an vero non
 potius in vtrisque simul ratio quaerenda sit? vel ut
 breuius nos determinemus, qua fultura proprie iura
 pro-

proto genorum sustineantur, non anxiis erimus in recentendis aliorum opinionibus, sed sequemur per omnia sententiam Dn. Ludolphi de *Introduct. iur. primogen.* Part. gen. §. 6. num. 6. & 7. quando ait: „Potissimum quod primogeniti in natura praerogatiuae sua adeo insignis habere possunt fundamentum, ex voluntate & facultate disponentium naturaliter libera petendum esse, quam deinde, postquam in societas ciuilis consensum est, leges aut consuetudines, prout ratio societatis postulare visa, circumscripterunt, vt adeo, si iniqua primogeniturae iura dicere quis sustineat, frustra ad aequalem liberorum conditionem sit prouocaturus, sed potius, quid legibus publicis, quibus unusquisque se submisit, constitutum, quid moribus receptum, pactis conuentum, aut denique libertate naturali non restricta, quid voluntas disponentium tulerit, sollicite inquirendum veniat.

§. IX.

Illud quoque certum est, quod habeat homo in actus suis proprios inclinationes, & nullus est amor, qui vincit paternum, L. isti quidem 8. §. fin. ff. quod met. caus. L. fin. pr. Cod. de Curat. furios. Et verba illa sacri Codicis in Deuteron. Cap. 21. v. 17. nam is est principium potentiae eius, manifestam inculcare rationem ac quasi destinatam esse, qua iura primogenitorum continentur, nemo forte inficiabitur. Habent itaque Parentes erga sobolem tenerimam propensionem a natura congenitam, & liberi Parentum suorum dulcissima pignora non immerito dicuntur. Etenim idcirco filios filiasque concipimus atque edimus, vt ex prole eorum

eorum earumque diurnitatis nobis memoriam in aetuum relinquamus, ut ait ICtus Callistratus in *L.* 220. §. 3. *ff. de Verb. signif.* Hic affectus paternus se omnium primo diffundit in primogenitum, & ab eo solo possidetur, quamdiu alii post eum non sunt nati. Quibus editis, communicatur quidem, attramen ordinarie non ita plene, ut in primogenito accidit, qui reliquos tempore & nativitate sua prima iam anteuertit, & in possessione huius affectus naturalis quasi antiquiore, ut ita loquar, est constitutus, quae alias ius potius tribuit, ac nemini absque suo facto auferri debet. Hic erga foetus primos conceptus favior, ex longiore, quae cum illis intercedit, consuerudine saepe augetur, praeципue, quia ante liberos postea natos, aut forte adhuc nascituros, ad suam tutelam perueniunt, ac naturaliter negotiis administrandis & oneribus paternis sublevandis, maturius ac reliqui idonei efficiuntur, ita, ut praefice, quorum iuxta *L. I. ff. de Minorib.* fragile adhuc est ac infirmum aetatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum, multis modis, aetate, robore, consilio rem familiarem adiuuare, commodaque paterna promouere possint.

§. X.

Sane non minimae sunt Primogenitorum praerogationes, quae ex solo annorum praecursu dimetiuntur, & praeter aetatem prouectiorem nullo alio fulcro constant, aut adminiculo indigent, aetate ipsa effectus eiusmodi naturaliter producere sufficiente, e. g. quando maiorem reverentiam senioribus exhibemus, iuxta *L. semper. 5. ff. de iur. immunitat.* vt pote qui vtuntur

D

non

non quidem excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladii, sed confilio, ratione, sententia, quae nisi essent in fenibus, non summum consilium maiores nostri appellassent Senatum, vt in *Caton. maior. seu de senectute* elegantissime ait M. T. Cicero, in quo maiestas Romanæ eloquentiae, & sapientiae, summum apicem, ex sententia Dn. Morhof. in suo *Polyhist. literar. Libr. 4. cap. II. num. 7.* est consecuta. Hinc major presumitur legalitas in sene, quam in iuene. Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 4. num. 88. maiorque fidelitas, Hering. de iur. Burgor. §. 44. num. 635. ita vt senis vmbra pius valeat, quam eloquio vel gladius iuuenis. Ayrer in process. histoy. cap. I. off. 3. num. 6. multa enim malo suo didicerunt. Vnde etiam qui dixerit, seniores non esse prudentiores iuuenibus, id per quindecim testes probare debebit, iuxta eundem Ayrer in process. histoy. dict. cap. I. off. 3. num. 2. & quae sunt praerogatiuae, ab aetate prouenientes, plurimæ aliae, quarum ex Tiraquelle quinquaginta collegit Knipschild. de fideicommiss. Famil. nobil. cap. 6. num. 300. Vid. etiam Ernest. Cothmann *Respons. Academ. 44. per tot.*

§. XI.

Ergo, vt fundamentis, quibus primogeniturae *naturæ lis* praerogatiuae innituntur, inuestigandis, maiores impendamus operam, huius loci non est. Magis refert, vt verbo saltæ dispiciamus, an etiam primogenitura *legalis*, seu *positiva*, suas habeat rationes vel fundamenta, quibus suffulta tolerari possit? Quod cum Dd. qui supra ad §. 3. huius sectionis adducti sunt, affirmare

mare non dubitamus, & prout recte sentit Horn in
Iurispr. feudal. cap. 15. §. 19. Constat etiam suis rationibus politicis ius primogeniturae, cum utique negandum non sit, splendorem familiarum melius seruari posse, si unus imperet, quam si omnes, multa etiam feliciter ab uno integris viribus, quam a multis viribus diuisis fieri possunt, cum intuitu Imperii, tum territoriorum. Fulera autem illa principaliora, quae nostris temporibus, in Imperio Romano-Germanico, hoc primigenii ius, cum omnibus suis praeminentiis ac dignitatibus annexis sustinent, sunt (1) Leges publicae, (2) Consuetudines patriae, (3) Voluntas ac iusstitura Imperatoris Romani, (4) Praescriptio, (5) Paesta Familiarum illustrium, & denique (6) Dispositiones testamentariae, de quibus alii cum prolixius & quasi ex professo egerint, eatenus hic actum agere nolumus. Vid. interim Tiraquell. *de iur. primigen. quaest.* 30. num. 10. & alibi passim. Bees. *de paet. Famil. illustr.* cap. 8. §. 16. 27. 33. & Cap. 9. §. 23. Tusclus *paet. conclus. som.* 7. lit. P. *conclus. 65r. num. 7. 8. 9.* Springsfeld. *de Apanag.* Cap. 5. num. 28. 29. seq. Fritsch. *in Manual. iurispr. publ. voce Primogenitura pag. m. 320.* Ludolph. *de introduc. iur. primogen. part. spec. apb. 9. 10. 11.* Coccei. *in iuris publ. prud. cap. 27. num. 8.* Hoffman. *part. I. consil. 3. num. 12.* Quibus fundamentis iactis, ipsas primogenitorum illustrium praerogatiwas singulares faciliter superstruere licet, quod ut praestemus, in sequenti sectione efficerem conabimur.

D 2

SECTIO

SECTIO III.

Ipsum, quod rubrica praesentis huius dissertationis promisit, thema praerogatiwas scilicet primogenitorum illustrium fuit.

§. I.

Possemus quidem certo hic procedere ordine, ac quemadmodum omne ius nobis competens, vel in acquirendo, vel in conseruando, vel in minuendo consistit, iuxta L. fin. ff. de legib. ita quoque praerogatiwas Protogenorum illustrium, ad hunc dictum dispescere, vel etiam, imitando Imperatorem Iustinianum in §. vlt. inst. de iur. Nat. Gent. & Ciu. praerogatiwas illas considerare secundum personas Primogenitorum, vel res, vel actiones illorum, aut etiam, si nec haec methodus placeat, aliam adhuc partitionis inire rationem. Sed postquam nulla necessitas hic manus nostras ligat, nec ordinis ratio praerogatiwas has diminuit aut auger, sic de eo parum hic erimus solliciti, sed ordo noster erit, ordinem non seruare, ac potius praerogatiwas illas, prout inciderint, succinete proponere.

§. II.

Fiet tamen ab ipsa nativitate exordium. Quamprimum enim primogeniti hanclucem naturalem viui adspexerunt, praे illis, qui nascituri adhuc sunt, iam aetatis praerogativa gaudent, & hoc modo aetate non solum, sed etiam, ut in praeced. Sect. audiuimus, prudencia, consilio, auctoritate ac aliis, quae aetatem ut cor-

corpus vmbra comitantur, eos antecedunt, id quod, suo modo tamen, illustribus non proprium, sed cum priuatis commune. Ad illud illustrandum apprime facit ex Cyri Oratione Xenophontis locus a Boeclero ad Gror. de iur. belli & pacis Libr. 2. cap. 7. adductus: *Aequali se amore virumque filium prosequi; sed priores in consultando imperandoque partes vbicunque usus ferat mandare se ei, qui prior sit, atque adeo ut consentaneum est credere, rerum perior: Ita enim meae eiusdemque vestrae pariae institutis edocitus sum, maioribus natu non fratribus tanquam, sed & Ciuibui, via, loco, sermone cedendum esse. Et vos equidem, o filii, ita ab ineunte aetate institui, vi & seniores honoraretis, & a iunioribus honoravemini. Quoniam igitur videtis, me & vetusta, & moribus recepta, & legibus instituta praecipere, par utique est, dicto vos audientes esse.*

§. III.

Sic etiam primorum natalium splendorem ornat, quod primogeniti illustres, ab ipso statim nativitatis tempore, peculiari nomine a secundo vel ulterius genitis discernuntur. Principum enim Filii vocantur hereditarii, & nostro idiomate **Erb-Pringen**. Electorum: **Chur-Pringen**. Filii Regum ac Imperatorum: **Cron-Pringen**, cum ipsorum capitl corona Regia vel Imperatoria sit destinata. In quibusdam regnis etiam Regum filii primogeniti, peculiari nomine, a certa aliqua prouincia defumpto, condecorantur. Sic regius Hispaniae Princeps vocatur Princeps Asturiae. **Pirckenmeyer in dem getreuen Antiquario cap. 3. §. 4.** vbi rationem reddit: *Weilen diese Provinz allein denen Mauris nicht ist unterwürffig gewesen, de quo*

D 3

etiam

etiam Lansius in *Orat. pro Hispan.* pag. m. 263. Et Galiae primogenius Regius: Delphinus. Id. Perckenmeyer *dict. tract. cap. 4. §. 9.* vbi similicer ratio, weilen anno 1349 Hubertus, vel ut alii legunt Humberus II. ein souverainer Fürst des Delphinats dem König Philippo die Provinz Dauphine mit diesem Beding geschenker, daß jederzeit der Königl. Kron. Prinz deren Nahmen tragen solle. Vid. quoque Pufendorff in der Einleitung zu der *Historie cap. 5. pag. m. 357.* & quae pluribus concessit Springsfeld de *Apanag. cap. 3. num. 154. seqq.* Sic nostris adhuc temporibus apud Gallos in magna veneratione habetur Primogenitus Regis, le Dauphin, qui Cancellarium aliosque magnos Officiales habet, Myler ab Ehrenbach in *Gamolog. person. Imper. illustr. Cap. 21. §. 2.* Et praefertur quibuscunque suis fratribus & omnibus alis Principibus Regni, qui etiam habet in Francia dignitatem annexam, eum primogenitura, quae dicitur *Delphinatus*, & *Delphinus* vocatur, & ex communi vsu loquendi in Francia vocatur Dominus sine cauda, seu sine adjunctione, prout lepide ait Chassan. in *Catalog. glor. mund. Part. 5. considerat. 41.* Eodem modo in Anglia Princeps Protagenus, nomine Principis Walliae salutatur, iuxta eundem Perckenmeyer *dict. tract. cap. 5. §. 5.* Quam primum etiam hi Iuuentutis Principes ad gubernacula Reipublicae moderanda admoti, vocantur Principes Regentes, *Landes-Herren*, regierende Fürsten; Postgeniti vero non regentes, sive apanagiati, abgetheilte oder abgesonderte Herren, Deputats-Herren, olim etiam Fürsten-Genossen, prout ex Gloss. iur. Saxon. *Land-Recht: Libr. 3. art. 58.* Sequentia verba citat Dn.

Dn. Pfeffinger ad Vitriar. *Libr. I. tit. 15. §. I.* Auch wisse, ob zu einem Fürstenthum viel Brüder wären; welcher von ihnen auf begehene Theilung das Fürstenthumb behält, der ist der Reichs-Fürst, die andern Brüder allein bleiben schlechte Fürsten, und heissen nur Fürsten-Genossen *et cetera*.

§. IV.

Quemadmodum alias etiam Rex vel Princeps, in culmine sedere debet, vnde etiam regale culmen appellatur Can. *Principes seculi caus. 23. quaest. 5. L. bene a Zenone* *3. Ced. de quadrien. praescript.* Ipsique debetur subiectio, fides, honor ac reverentia *Rom. 13. v. 1. sqq. 1. Petr. cap. 2. v. 13.* Sic primogenitis quoque maior quam postea natus honor exhibendus, & filius primogenitus Regis debet sedere ad dextram, inferior autem a sinistris. *Tiraquell. de iur. primigen. in prae-fat. num. 13. 14. seq.* Et post Principem sedere debet primogenitus, et ad dextram Patris, prout ait Petr. Belluga Valentin. *in specul. Princip. rubr. 6. num. 8.* Quod etiam in Francia obseruari tradit Chassanaeus *in Catalog. glor. mundi Part. 5. confid. 41.* Propterea autem ad dextram Patris sedere debet, quia manus dextra maiorem gradus & dignitatis praerogatiuam ostendit, quod post alia probant verba Psalm. no. v. 1. ibi; *Dixit Iehoua Domino meo, sede ad dexteram meam;* & Matth. *cap. 25. v. 33. & 34.* Tunc dicet iis, qui ad dexteram ipsius erunt, adeste benedicti Patris mei; ac iterum Matth. *26. v. 64.* ab hoc tempore videbitis Filium hominis, sedentem ad dexteram potentiae Dei. Ac licet Turcis sinistra manus dextera habeatur dignior,

or, Horn. *in Orb. polit. cap. 2.* §. 1. num. 4. pag. m. 24. aliud tamen inter Gentes Christianas vñu receptum est. Tunc autem filius primogenitus ad dextram Patris sedere debet, si concurrit frater postea natus, quo non existente, ne pater postponatur filio, primogenitus sinistrum occupare locum haud egrauabitur. Quod si Porphyrius aliquis hic exsureret, qui ad locum illum *Psalm. 110.* ante citatum obmoueret: Si filius sedet ad dextram Patris, ergo Pater coelestis sedet ad sinistram, eum cum crassa sua opinione ad subsellia Theologorum ablegamus.

§. V.

Hoc etiam alias est tralatitium, quod ceteris paribus Senior sit praeferendus iuniori. Gastel. *de jur. praecedent.* pag. m. 6. & qui est aetate maior ei, qui est aetate minor. Simili itaque modo in oblationibus & processionibus, subscriptionibus, sententiis ferendis, Conuiuiis, aliisque congressibus publicis ac priuatis, ac honoribus quibuscunque, secundog. nitus primogenito cedere debet, qui prout diximus, immediate patrem sequitur, ac patri est proximus, in quo honor consistit. Chassanaeus *in Catalog. glor. mund. part. I.* considerat. 37. Reinking. *de Reg. secul. & eccles. Libr. I. class. 4. cap. 17.* num. 36. seq. Vnde fit particeps dignitatis & splendoris dominici atque paterni, quemadmodum luna, ut proximior magis soli, elucet supra omnia alia sidera, Camill. Borell. *in addit. ad Petr. Bellug. specul. Princip. rubr. 6. num. 8. lit. f.*

§. VI.

§. VI.

Diximus ad §. III. huius sectionis, diuersis nominibus
 Principes protogenos a postgenitis discerni; quibus
 proxirum est, vt discutiamus, num etiam ratione tituli
 ac insignium, filii primogeniti p[re] apanagiatis aliquid
 praecipiui habeant? Ita vult Lud. Petr. Giovann. in Ger-
 man. princ. Cap. 4. §. 43. p. m. 95. dum scribit: „Factum
 „etiam, vt cum v[er]o fructuarii olim Principles, quos ape-
 „nagiatos dicimus, non alio quam Comitis, & loci v-
 „bi sederant adpellatione dicerentur: hi etiam eosdem
 „titulos sibi arrogarent, quam ipsi fratres aut agnati re-
 „gentes; haud dubie, vt praeter investituram simulta-
 „neam clariora essent successionis argumenta. Vbi sub-
 „iungit in not. lit. f. Utinam Principles apenagiati ad
 „tempora medii aei respicerent. Certissimus enim
 „sum, ea, quibus nunc tument, illos sibi non adroga-
 „turos esse. Scilicet olim appenagiati nomine *Iung*
 „*herrorum* adpellati sunt, nec quicquam Principium.
 „Vnde certissimum est, eosdem quandam cuiusvis Or-
 „dinis Comitibus loco dignitatis ac honoris cessisse. Nam
 „post demum a quibusdam familiis iure quodam praec-
 „cipui constitutum est, vt Principum filii apenagiati Co-
 „mitum loco haberentur. Hodie cum nomina, insignia,
 „titulos, & schemata dignitatis alia sibi sumant apena-
 „giati, quae Principibus tantum regentibus competie-
 „rant olim, *Sie lassen sich Durchleuchtigst nennen,*
 „*föhren Titul und Wappen denen regierenden Herren*
 „*gleich, non sine dedecore, & Principum, familiarum*
 „*& Principatum; idem fere etiam fastigium honoris ad-*
 „*fectant, in quo eiusdem gentis Principes regentes sint*
 „*constituti. Me consultore, primariis aulae ministris*

E

merito

„merito apenagiati hodieque posthabentur; cum olim
 „Comes regens in itu ac reditu eis fuerit praekatus.
 „Sed adolecentiae illorum ambitio inspiratur, a rerum
 „ignarisi, quam frustra oppugnaueris disputando.“ add.
 Leisser in iur. Georg. Libr. I. cap. 31. num. 18. Springs-
 feld. de apanag. cap. II. num. 80. seq. distinguit inter ti-
 tulum Familiae & dignitatis supremae. Dn. Weber in
 Emblemat. Hassiac. sect. 2. aph. 2. de lineis Hassiae apa-
 nagiatis, Reinfelseni scilicet ac Homburgensi, sequen-
 tia refert: *Solent autem utrique principum Apanagiorum,
 iisdem sua stirpis clypeis vti, & quidem, quod mirum, sine ul-
 lis discerniculis, (Gallis brusfres) quibus alias regnatrices li-
 neae ab Apanagiatis discernuntur.*

§. VII.

Si Dn. Cocceium in iuris-publ. prudent. cap. 27. §. 16.
 sequi placet, nulla quoad titulos & insignia inter
 primogenitos & apanagiatos est statuenda differencia.
 Nos, quibus mens non est, Illustrissimis Postgenitis
 natales suos obtuscare, aut detrahere, quod natura, ge-
 nerosi sanguinis propago, ac vsus longaeuus ipsis non
 ademerunt, cuiuslibet Familiae illustris consuetudinem
 intuendam ac sequendam esse statuimus. Nec etiam
 per omnia approbamus, quae ante citatus Lud. Petr.
 Giovan. vt nobis videtur, in odium Postgenitorum ma-
 gis, quam ex firma iuris ratione, satis rigide, differuit.
 Saltem, quod hic Author, de vocabulo *Iungberr* in me-
 dium protulit, ipsis opinionem haud multcum adiuua-
 re potest, cum varia ipsis vocabuli, diuersis temporis
 bus, ac inter diuersas familias fuerit acceptio. Sic anti-
 quissimam Germaniae consuetudinem Familiarum illu-
 strium

001901

strium esse dicit Myler. *in Gamolog. person. Imper. illustr. cap. 20.* §. 4. qua etiam filii primogeniti Principum Imperii, tanquam futuri successores, Domini iuniores Junckherren vocati fuerunt, quod pluribus etiam demonstrat Springsfeld. *de apanag. Cap. 3. num. 14. 15.* ac praecipue *num. 22. seq.* Olim quoque huius vocabuli usus ad Canonicos translatus, qui *Gottes Junckern* vocabantur. Idem Springsfeld. *de apanag. cap. 3. num. 30. & 31.* Leisser. *in iur. Georg. libr. 1. cap. 31. num. 18.* Tandem Nobiles hanc vocem Junckherr sibi attribuerunt. Lehmann. *in Chronic. Spirens. libr. 2. cap. 17.* §. *dierweil dannic.* Burgmeister *de stat. equestris posit.* II. *cap. 26.* quam tamen, temporibus nostris, multi alto fastu turgidi fastidunt, quorum in auribus res magis grata est, si Barones salutantur. Sed satis de titulis!

§. VIII.

Haec tenus recensitae praerogativa, si quidem a priuatis anxie appetuntur, vana sunt inter Mortales nomina, & ambitionum hominum oblectamenta. Sed cum iuxta Tacit. *Annal. libr. 4. cap. 40. num. 2.* diuersa Principibus a priuatis fors sit; in illis Maiestatis, dignitatis, ac singularis praeeminentiae notam praeferunt, qui iuxta eundem Tacit. *Annal. libr. 4. c. 38. num. 7.* praecipua rerum suarum ad famam & honorem dirigere, & unum insatiabiliter parare debent. Nam contemptu famae contemnuntur virtutes. Et Maiestas regnorum est anima, ac velut edita arx, qua Princeps se vindicat a rebellione & contemptu. Hieron. *In Hof in discurs. polit. discurs. 10. pag. m. 121.* Nos interim, iis quae gloriae famam spectant dimisis,

E 2

ad

ad expositionem illorum iurium, quae prouinciarum acquisitiones, opes ac diuitias, firmissima ceterum Rerum publicarum stabilimenta concernunt, properabimus. Huc vero potissimum referenda sunt iura, quae successiones ac hereditates deferunt, ac ex mente Imp. Iustiniani in *Epilog. Nouell.* 1. neminem in paupertate viuere neque mori in anxietate permittere. Nemo squidem immortalitatis priuilegio est munitus, nec huc usque extitit, qui in aeternum bona sua possidere praeflumpst, sed magis iuxta Horatii illud in *Epist. Libr. 2.*

perpetuus nulli datur usus, & heres
Heredem alterius velut vnda superuenit vndam.

§. IX.

Ius Civile quidem primogenitorum quoad successio-
nem nullam rationem habet, sed omnes defuncti li-
beros aequaliter ad illam inuitat per *Nouell. 22. cap.*
48. Nouell. 118. cap. 1. Maurit. Confil. Tuling. Part.
1. confil. 1. num. 4. cum ratio naturalis quasi lex quae-
dam tacita, liberis parentum hereditatem addicat, vel-
ut ad debitam successionem eos vocando, *L. cum ra-*
tio 7. pr. ff. de bon. damator. Vnde quod inter libe-
ros obseruanda aequalitas, bonaque parentum inter
eos aequaliter diuidenda sint, in aliis quoque iuris Ro-
mani legibus statutum reperitur, quo facit *L. inter fi-*
los 11. Cod. Famil. erciscund. L. fin. Cod. commun. utri-
usq. iudic. L. 14. Cod. de legit. hered. Vid. Berlich. *Part.*
3. conclus. 11. num. 44. ita vt pater unum ex suis natis
non debeat facere filium, alterum vero priuignum. Ex
quo manifestum redditur, quod in terris allodialibus

ac

ac diuiduis, in quibus ius primogeniturae non specia-
liter introductum, omnes ex aequo ad defuncti suc-
cessionem admittantur, etiam si sint Duces, Principes,
Comites aliaeque personae illustres in Orbe Romano
degentes, quae omnes inter se iure priuatorum vun-
tur. Limn. de iur. publ. Libr. 4. cap. 8. num. 122. My-
ler ab Ehrenbach. de Princ. & stat. Imper. Part. 1. cap.
23. §. 1. Struu. Exerc. ad ff. 2. thes. 10.

§. X.

De iure feudali est quaestio, num scilicet Imperator Fridericus, in fauorem primogenitorum, circa successionem in feudis, praecipue regalibus, quid sta-
tuerit? Vel clarius: an in feudis regalem dignitatem annexam habentibus primogenitus solus succedere debeat? Doctorum hic, quemadmodum in plerisque aliis, non est concors opinio. Qui ex parte affirmantium stant, recurrunt ad textum in 2. Feud. 55. §. 1. v.
praeterea, vbi modo nominatus Imperator constituit praeterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cetero non diuidantur, & per prohibitam feudorum regalium di-
visionem, ius primogeniturae introductum esse censem, quos inter est Myler ab Ehrenbach de Princ. & stat.
Imp. part. 1. cap. 21. §. 7. quo etiam inclinare videtur, Vir nostro elogio major Dn. Coccei. in iuris publ. prud.
cap. 27. §. 8. quando, dum lege publica primogenituram introduci posse optime statuit, pro sua sententia confir-
manda ante relatum textum ex 2. Feud. 55. adducit.
Nobis tamen, quod pace dissentientium dictum sit, ma-
gis placet sententia contraria, quae ius primogeniturae
hac Friedericis constitutione ac Longobardorum iure

E 3

indu-

inductum fuisse negat. Haec nostra opinio robur suum accipit ex 1. Feud. 8. pr. vbi omnes defuncti vasalli filii, aequaliter ad successionem feudalem admittuntur. Nec nobis negotium facessit a dissentientibus citatus textus in dict. 2. Feud. 55. quia prohibita feudi diuisio ius primogeniturae praecile non infert, & potest feudum, vel ab uno nomine omnium administrari, vel ab omnibus filiis simul pro diuisio possideri, per 2. Feud. 26. §. 4. v. omnes filii. Limn. de iur. publ. libr. 4. cap. 8. num. 120. Bets. de pact. Fam. illustr. cap. 9. §. 21. Sixtin. de Regal. libr. 1. cap. 3. num. 28. Rosenthal de feudis Part. 1. cap. 9. membr. I. conclus. 55. num. 9. Horn. in Iurispr. feudal. cap. 15. §. 18. & in Consultione, quam huic tractatu in append. sub Num. 2. de Successione Megapolitana subiecit, num. 15. & num. 115. Aliud tamen in feudis iure Francorum concessis obtinere, dicendum est, vigore cuius iuris, cum exclusione reliquorum, primogenitus in feudo succedit, & ei annexo dignitatis titulo solus fruatur. Bets. de pact. Famil. illustr. cap. 9. §. 1. ita vt vita & militia tantum secundogenitis debeatur, prout loquitur Ludou. Bellus Consil. I. num. 258. Sed hoc in casu ei, qui feudum iure Francorum inter Germaniae Principes concessum esse dicit, suam assertionem probare incumbit. arg. L. 2. ff. de probat. Bets. de pact. famili. illustr. cap. 9. §. 23.

§. XI.

Quamuis autem, pro ante dictis, ius Romanum & feudale Longobardorum, de successione primogenitorum nihil per omnia disponant, hoc tamen praerogati-

rogatiuas illas, quas primogenitis illustribus circa successionem vindicamus, nequaquam diminuere, multo minus tollere debet. In Regnis enim patrimonialibus ac successionis lege delatis, inconcessa stant Primogenitorum iura, diuturno vnu a longis retro temporibus hucusque comprobata. Nam prout ait Dn. Stryk.
de successione ab intestato. dissert. 7. cap. 1. §. 20. perantiqua Primogenitorum in Regnis praerogativa est, tantumque non omnium Gentium moribus eo descendunt est, vt natu liberorum maximo soli summa rerum committatur, ceteris natu minoribus ab omni hereditate paterna, nisi in quantum ad alimenta & dignitatem requireretur, exclusis.

§. XII.

Hanc vero primogenitorum in Regnis successionem, ex praegnantissimis rationibus stabilitam esse, neminem, qui naturali rationis acumine praeditus, fuge-re potest. Monstrosum siquidem esset, si plura capita in uno corpore reperirentur. Hinc vna ecclesia in multitudine, vnu Sol in multis radiis, & apes naturaliter vnum habent Regem. Romani etiam duos Imperatores sustinere non potuerunt, quia anhelabant ad destructionem vnu alterius, & e conuerso. Dominic. Cardin. Tuschus. *pract. concl. iur. Tomi. 7. lit. P. concl. 651. num. 3. 4. 5.* Knipschild. *de fideicommiss. Famil. nob. cap. 6. num. 272. seq.* Minime ergo vna Corona duobus capitibus conuenit. Arumaeus *ad Aur. Bull. disc. 6. §. 33.* Et iuxta Ouid.

Non bene cum Sociis Regna Venusque manent.

*Nec fert Confortes Imperium, nec diuidi se finit Ma-
iestas:*

„festas; fieri enim non potest, vt eorum quilibet uno
 „eodemque tempore mandet simul & pareat, praeser-
 „tim cum porestas & casus occurrentes tam accurate
 „inter duos dispertiri nequeant, aut ambitio tam fer-
 „uari in aequilibrio, quin alter velit esse superior, aut
 „quid inuidia & acmulario perturbent concordiam.

„Nulla fides Regni sociis omnisque potestas

„Impatiens Confortis erit.

„Impossibile viderur, vt iussa & imperia duorum, qui
 „simil praesunt, non sibi inuicem aduersentur. Moy-
 „ses & Aaron germani fratres erant, & tamen, cum
 „Deus hunc illi socium adiunxit, oportuit adhuc,
 „vt amborum adfisteret labii, & vtrique ostenderet,
 „quid agendum esset, ne qua inter eos dissensio ori-
 „retur. Quamobrem cum praestet, vnum aliquem in
 „corona succedere, naturae conformius fuit, eiusdem
 „sequi ordinem, illum scilicet fratribus ceteris praefe-
 „rendo, cui illa primum vitam lucemque impertivit,
 quemadmodum belle satis ratiocinatur Saauedra in *Idea Princip. Chrifian. Politic. symb. polit.* 70. Add. Boe-
 cler. ad Grot. de I. B. & P. libr. 7. cap. 7. §. 18. Dr.
 Ludolph. *de introduct. iur. primogen. part. gen. apb.* 7.
 num. 4. & 5.

§. XIII.

Non autem in Regnis hereditariis exteris tantum
 haec primogenitorum successio ac inde resultans
 praerogativa obtinet, sed etiam haec specialiter per di-
 positionem Aureae Bullae Carol. IV. Imp. cap. 7. §. 2. 3.
 & 4. & Cap. 25. §. 2. in Electoratibus Sacri Romani Im-
 perii secularibus, ac inter Potentissimos Electores, qui
 alias

alias a dignitate Officii Ele^ctoralis, *Palmites imperiales*,
septem candelabra, *lucentia in unitate Spiritus septiformis*,
itemque propinquiora S. imperii membra & columnae, *Pro-*
ceres, *sacrum aedificium circunspectae prudentiae solerti pie-*
tate suslentantes, *bases Imperii & columnae immobiles*, elo-
giis ma^cte illustrissimis honorantur, quas praeceminen-
tias ac dignitates singulares, in Capit. Carol. VI. Imp.
nostri inuidissimi §. Mir sollen und wollen ic. 3.
etiam confirmatas reperimus, fundata atque recepta est.
Titius in Spec. iur. publ. Rom. Germ. libr. 4. cap. 4. §. 1.
Ita enim, ut cetera mittamus, in Cap. 25. §. 2. dictae
Aur. Bull. statutum est. „Decernimus igitur, & hoc
„perpetuis temporibus valituro Imperiali sancimus e-
„dicto, quod ex nunc in antea, perpetuis futuris tem-
„poribus, insignes & magnifici Principatus, videlicet
„Regnum Bohemiae, Comitatus Palatinus Rheni,
„Ducatus Saxonie & Marchionatus Brandenburgens-
„sis, terrae, districtus, homagia, Vassallagia, & alia quaes-
„uis ad ipsa spectantia scindi, diuidi, seu quauis conditio-
„ne dimembrari non debeant, sed in sua perfecta inte-
„gritate perpetua maneant. Primogenitus filius succe-
„dat in eis, sibique soli ius ad dominum competat: „
Cuius edicti nec altius inquirenda est ratio, nam factum
hoc est, ne damna ex divisione propullulatura fomen-
tum accipiant, aut numerus Ele^ctorum multiplicetur.
Cruger. in discurs. iur. publ. part. gen. disc. 2. p. 23. An
vero Elector duos Electoratus vno eodemque tem-
pore possidere queat? Porro: An Ele^ctor, filio suo
primogenito ex duobus Electoratibus cedere unum
possit? non est nostrum hic loci definire, hoc tamen
propositis rationibus dubitandi ac decidendi iam pre-
stitit Fritsch. in Exercit. iur. publ. Part. 2. Exercit. 15.

in appendice. Cui iunge Schutz. Vol. I. disp. iur. publ. 7. thes. 15. lit. D. Sed Dn. Schweder. *in iutroduct.* in ius publ. part. spec. sect. 2. Cap. 3. num. 9. iudicium suum in quaestione vexata suspendere mauult.

S. XIV.

Imo, ne quidem in Electoratibus solis, haec in primo-
genitos collata successionis praerogativa substituit, sed
ea etiam ad plurimas alias Germaniae Prouincias exten-
sa, ac a Personis illustribus, quibus conseruatio ac splen-
dor ditionum suarum cordi fuit, salubriter amplexa ac
nouiter introducta videtur, sicut de Archi-Ducatu Au-
striae testatur Limn. de iur. publ. libr. 4. cap. 8. num. 113.
Myler. de Princ. & stat. imp. part. I. Cap. 21. §. 3. Stryk.
de Cautel. Testament. cap. 5. membr. 2. §. 13. De Ducatu
Bauariae, Knipschild. de fideicom. Famili. nobil. cap. 6.
num. 286. Reincking. de Regim. secul. & Eccles. libr.
I. Class. 4. cap. 17. num. 30. De linea Palatina Neoburg-
ica & Bipontina, Ludolph de introduct. iur. primogen.
part. gen. §. 13. num. 6. De Ducatu Brunsuicensi & Lu-
neburgensi, Limn. de iur. publ. libr. 4. cap. 8. num. 115.
& 116. Springfeld. de Apanag. Cap. 3. num 63. seq.
Stryk. de Cautel. Testam. cap. 5. membr. 2. §. 13. De Sa-
xonica Ducali Familia Eisenacensi & Gothana, Ludolph
de introduct. iur. primogen. part. gen. §. 13. num. 7. De
Ducatu Megapolitano tam lineae Gutsrouiensis, quam
Suerinensis, Myler ab Ehrenbach, de Princ. & stat.
Imp. Part. I. cap. 21. §. 6. Reincking. de Reg. Sec. & Eccles.
libr. I. class. 4. cap. 17. num. 34. De Ducatu Hollsatiae
quoad lineam Gottorpensem, Knipschild. de fideicom.
Fam. nobil. cap. 6. num. 291. Ludolph. de introduct. iur.
primogen. part. gen. §. 13. num. II. de Ducatu Wurten-
bergi-

bergico, Limn. de iur. publ. libr. 4. cap. 8. num. 128. Myler ab Ehrenb. de pr. & St. Imp. parv. I. cap. 21. §. 4. Knipschild. de fideicom. Fam. nob. cap. 6. num. 294. De Familis Marchionum Brandenburgensium, vigore transactionis Gerauensis, Ludolph. de introduct. iur. primog. parv. gen. §. 13. num. 8. De Landgraviatu Hassiae tam lineae Cassellanae, quam Darmstadianae, Myler ab Ehrenbach. de Princip. & stat. Imp. parv. I. Cap. 21. §. 6. Reincting. de Reg. sec. & Eccel. libr. I. Class. 4. cap. 17. num. 34. Stryk. de Caus. Testam. cap. 5. membr. 2. §. 13. Ludolph. de introduct. iur. primog. part. gen. apb. 13. num. 12. Sed vanum eit, ad hoc ius primogeniturae, quod inter Serenissimos Hassiae Principes vigeret, probandum, adducere turmas Doctorum, cum pactum hec primoge- niture, inter eos conuentum, sanctione pragmatica fo- lenniter approbatum ac publica Imperii lege firmatum sit, nimirum per Instrum. pac. Westphal. de anno 1648. art. 15. §. ult. & Recess. Imp. de anno 1654. §. Demnach auch in dem ic. 188. de qua solenni ac publica confirmatione, quod notari est dignum, vix alii Imperii no- stri Status gloriari poterunt.

§. XV.

Superfunt, quantum scimus, alia adhuc Statuum Imperii territoria, quae non minus primogeniturae le- ges comiter obseruant. De Marchionatu Badensi sunt testes Knipschild. de fideic. Fam. nobil. cap. 6. num. 278. & pro suis meritis iam saepius laudatus Dn. Ludolph. de introduct. iur. primog. part. gen. §. 13. num. 13. ubi num. 14. de Principibus Anhaltinis, Berneburgicis ni- mirum & Seruestaniis, idem adfirmat. De Ost-Frisia vi-

F 2

deatur

deatur Myler ab Ehrenbach *part. I. cap. 21. §. 4.* & Springsfeld *de Apanag. Cap. 3. num. 139.* Quemadmodum in Oettingensium Familia, per pactum aliquod, in anno 1623. introductum sit, exponit Sprenger. *in inst. iur. publ. libr. 3. cap. 29. §. 3.* Et quod in Provincia Leodiensi feudum pro induiso capiat primogenitus per successionem, nec ad soluendam ipsius aestimationem fratribus aut sororibus adstringatur, iam suo tempore tradidit Carol. de Mean *ad ius Civil. Leodiens. part. I. Observ. 36. num. 2.* De Comitatu Lippiano ante aliquot annos egit Vir circa rem literariam meritissimus, & cuius etiam Cineres veneramur, Dn. Hert. *in diff. de Commentit. apanag. & parag. distinct. §. 17.* quae, quamvis Authore Adolpho Carolo Both, sub eius praesidio prodierit, vult tamen Epistola Amici ad Amicum, II X Febr. MDCCX emissa, minimas in dicta dissertatione Respondentis partes fuisse.

§. XVI.

Sed & quod in Comitatu Hanouiensi ius primogeniturae fundatum sit, defendit Herpfer *in diff. in aug. de iur. primogen.* sub Dn. Hertling. Heidelbergae in anno 1711. habita, *cap. I. §. 22.* De Comitatu Sayn-Witgensteinensi, quoad lineam Witgensteinianam, id compertum habemus ex testamento Comitis Ludouici de Sayn & Witgenstein, *die 4. Aug. 1624.* condito. De Comitatu etiam Wedano Responsum exstat inclitae Facultatis iuridicae Tubingensis, *de 13. Febr. 1711.* in quo, post accuratam omnium circumstantiarum discussionem, hoc primogeniturae ius sequentibus verbis asseritur: *Dessen allen iedoch, und was sonst noch fer-*

ferner scheinbaehrliches könnte angeführt werden; umgeachtet, seynd wir der beständigen rechtlichen Meinung, daß durch die Brüderliche Erb-Einigung, so weiland Graff Johann Willhelm, Herman, und Philips Ludwig, Graffen zu Wied und Runkel, in anno 1313 gemacht, so dann, durch das von Grafen Hermann, als communi Parente aller jetztlebenden Graffen von Wied, anno 1624, aufgerichtete Testament und bishergige obseruanz, oder die von solcher Zeit bis auff den heutigen Tag, erfolgte Successions-Fälle, das ius Primogeniturae nicht nur in Linea recta, sondern auch Collaterali, etiam ultra fratres, eorumque Liberos, so wohl in der Niedern- als auch Obern Graffschafft, das ist, so wohl in dem Wied-Wiedischen, als Dierdorff und Runkelischen Theil, Rechtsbeständig eingeführet und fest gestellet seye ic.

§. XVII.

Dum vero de iure primogeniturae, a plurimis Imperii Rom. Familis illustribus, in exaltationem ac conservationem ditionum suarum: introducto incidenter hic agimus, non domi essemus, sed Hospites, immo iniurii ac ingrati erga dulcissimam Patriam nostram Nassouicam, si mutam hic personam repraesentare, & nullam de eo, quod circa ius primogeniturae in illa receptum, mentionem inicere velimus. Haec tamen enim fere, ut bene monet personatus ille, sed in re historica eruditissimus Scriptor, Lud. Petr. Giouann. in sua German. Princip. Cap. I. §. 6. in not. lit. 9. nescio, quo morbo, verutas nobis in deliciis fuit peregrina Romana, patriae diplomaticis aliisque Imperii nostri

F 3

Instru-

Instrumentis vere neglectis. Spero fore, vt in post-
rum sapere in nostra Republica malimus; quam in ali-
ena. Commandant nobis hoc consilium patriae amor,
necessitas utilitasque.

§. XVIII.

In pacto autem Confraternitatis, quod 8. April. 1607.
Illustrissimi Confratres Domus Nassauae-Catimelobocensis, prudenti salubrique consilio, solenniter cele-
brarunt, & quidem in eiusdem §. Es soll aber ih. in-
ter alia sequentia quoque statuta sunt: Es soll aber dar-
um keinem die factio Testamenti beizommen seyn, sondern
einem jeden unter Uns, oder Unsern ehelichen Mannlichen
Erben, allerdingz bevor und frey stehen, von seiner Baar-
schafft, Pfandschaffen, eingesammelten Weinen, Früchten
und allen andern, was so wohl von Gewohnheit als auch
von Rechts wegen vor beweglich gehalten wird, zu testiren,
und dessfalls wie Er will unter seine eheliche Kinder, vtri-
usque sexus, die Land und Leuthe aber einzig und allein
unter seine eheliche Mannliche Leibes Erben, in einer rech-
tmässigen disposition zu vermachen und auszuthielen, und
sollen desselben Kinder, da gleich einem etwas mehr als dem
andern gegeben, oder auch „von Uns Unserem Pfleg-Sohn,
„oder Unsern u. d Unseres Pfleg-Sohns ehelichen Mann-
„lichen Erben, einem oder dem andern das ius primogen.
„nituram eingeführet würde, damit aufzrieden, und mit dem
„jenigen, „ ob es schon geringer als die legitima seyn würde,
so ihnen also verordnet sich begnügen zu lassen schuldig,
auch dessfalls ad complementum legitimae zu handeln
nicht befugt seyn.

§. XIX.

§. XIX.

Quoad Serenissimam Lineam Nassauia-Sieensem, res de introducto iure primogeniturae hactenus fuit controuersa, ac multorum annorum serie acriter disputata. Videatur passim die an Seiten des Reformirten Fürsten zu Nassau-Siegen Hochfürstl. Durchl. an einem Hoch-löbl. Reichs-Conuent zu Regensburg in anno 1710. übergebene höchstgemüths gründliche Wiederlegung und reiterirte Vorstellung, & nouissime Dn. Schweder in Theatr. histor. praeensione & controvrsi. illustr. libr. 4. sect. 22. subsect. 1. cap. 1. vbi totum Controvrsiae statum ac utriusque Partis fundamenta proponit. De linea Hadamariensi non attinet dicere, cum illa post obitum ultimo defuncti Principis Francisci Alexandri, in anno 1711. exaruerit, eiusque successio ad Serenissimos Agnatos deuoluta. De Linea vero Decensi in praesentiarum nihil quidem certi habemus, illud tamen notum est, iam a spatio fere seculi, ipsam naturam quasi, in hac Illustrissima Familia, quae tot Heroes numerat, quot Masculos, ius primogeniturae constituisse, est enim a temporibus Serenissimi Wilhelmi Friederici, b. m. in hunc nostrum usque diem, ab Vnigenitis propagata: Ceterum refert Springsfeld. de Apanag. cap. 3. num. 138. Comitatum Decensem individuum existere.

§. XX.

Denique, quod etiam in Serenissima Linea Nassauia-Dillenburgica hoc ius primogeniturae in viridi sit obseruantia, ipsa testatur experientia. Author illius, Serenissimus Princeps Ludouicus Henricus, b. m. communis omnium, qui hodie ex hac linea supersunt, Parens extit;

tit; qui, assignato postgenitis Liberis apanagio, in suo testamento, quod 28. Febr. 1662, rite condidit, illud solenniter introduxit. Testamenti tabulas, quatenus ad dictorum probationem, & nostro scopo inseruiunt, huc trans ferre, rem nec impiam aut indeuotam, nec Lectori ingratam fore speramus. Ita autem habent: Die Theilung an sich selbsten betreffend, wünscheten wir zwar von Herzen, und mögten lieber nichts sehn, als daß Unsere Verlassenschaft also gethan und beschaffen wäre, daß Wir Unsere zu obgedachten Unsern lieben Kindern und Erben tragender gleicher Vätterlicher affection, treuer Vorsorge und Liebe nach, Sie auch in der Theilung gleich halsten könnten, und eines so viel als das andere haben und überkommen mögte. Nachdem aber die Röm. Kayserl. Maj. Unser allergnädigster Kayser und Herr, Uns und Unsere sämtliche Descendentes, zu des Heil. Röm. Reichs Fürsten-Stand allergnädigst erhoben, und Wir dannenhero desto mehr Ursach nehmen müssen, auf beständige Wege und Mittel zu gedencken, wie Unsere Nassau-Dillenburgische Linea, Ihren Fürstl. Stand forthin desto beständiger führen, und bey ohnverwecklichem Flor erhalten werden möge, dabey aber nicht ohngeizig betrachtet, daß grosse und ansehnliche Familien, so wohl in als außerhalb dem Heil. Röm. Reich, wie auch Fürstenthümer, Graff- und Herrschäften, durch Menge der Regierenden Herrn zerstücket, und Theilungen derer Land und Leuthen von Tag zu Tag, je mehr und mehr abnehmen, und endlichen entweder gar zerfallen, oder doch mit des Heil. Römis. Reichs Schimpff gar geringschätzig; ja die arme Untertanen selbsten, durch gedoppelte Landes-Herrn mit täglichen Beschwerungen überhäusset, und gar zu Boden ge leget werden; Hingegen aber durch gute ordentliche Verfaßung

sung einzelner administration und Verwaltung zu ewigwährendem Auffnehmen und erfreulichen Wohlstand, mit großer reputacion bendes des Heil. Röm. Reichs, und auch derer Häuser und Geschlechter, wie nicht weniger derer Unterthanen fort zu gelangen und zu wachsen pflegen; So haben wir derowegen zu mehrer Erhaltung Unseres Hauses, der Fürstl. Nassau-Dillenburgischen Linea, auch Land und Leuthen, das ius Primogenitura, oder das Recht der Ersten Geburth, unter Unserm Chelichen Manns-Stamm einzuführen geschlossen, gesetzet und geordnet.

Derowegen setzen und ordnen wir hiemit wohlbedächtlich, und wollen, daß nur ein Regierender Herr, und zwar anfänglichen mehr wohlgedachten Unseres verstorbenen ältesten Sohns Fürsten Georg Ludwigs sein Sohn Heinrich seyn soll, welchen wir dann hierbey z. w.

S. XXI.

Sed digressione hac facta redeundum est in viam! Vbi se oppido nova quaedam Primogenitorum praerogativa sistit. Mortuo enim filio protogeno, successionem non relinquit superstite fratri secundogenito, sed eam transmittit ad liberos suos descendentes. Primogeniti enim appellatione omnes ipsius descendentes in infinitum continentur. Knipschild *de fideicom. Fam. nob. cap. 6. num. 268.* Ludolph. *de introduct. iur. primog. part. spec. apb. 1. num. 9.* Sic nepos excludit Patruum, & quamdui aliquis ex Linea primogeniti filii superest, secundogenitus ac eius Liberi a successione excluduntur. Sprenger *in Inst. iur. publ. libr. 2. cap. 27. pag. m. 270. & cap. 41. pag. 343.* Ernest. Cothmann. *Vol. 3. Respons. 14. num. 57. seq.* Et hoc in lineali successione difficultatem nullam habere, dicit Vir subtilis ingenii magnique nominis, Hug. Grot. *de iur. belli & pacis libr. 2. cap. 7. §. 30.* ibi enim (sic pergit)

G

git)

git) mortui pro viuis habentur, in hoc, vt in liberos transmittant, quare in tali successione, sine ullo aeratis respectu praefereretur filius, imo in cognaticis regnis & filia primo nati: quia nec actas, nec sexus efficiunt, vt deseratur linea. Imo generaliter tenendum est, quamdiu successor adest ex linea primogeniti, successionem non exire. Quod pulchre declarat Boecler. ad Grot. de iur. belli & paci, libr. 2. cap. 7. §. 15. pag. m. 627. In conferendo regno, inquisiens, nomen Familiae aut posterorum non aliud agnoscit principium, quam personam primi Regis; nec habere latitudinem intelligitur, sed a puncto descendere, & in descensu demum & ex descensu in latera crescere. Sed de hoc casu pluribus egerunt Tiraquell, de iur. primigen. quaest. 40. Bets. de paci. Famil. illustr. cap. 8. §. 48. Chassanaeus in Catalog. glori mundi. Part. 5. confid. 42. Petr. Gregor. Tholosfan. de Republ. libr. 7. cap. 10. per tot. Mantic. de conjectur. vlt. volunt. libr. 8. tit. 10. num. 9. Bachou. ad Treutler. Vol. 1. disp. 19. thes. 16. lit. a voce & cum quad nepotem. Harprecht. in Comment. ad tit. Instiz. de Success. quae ab intestat. defer. ad pr. num. 81. seq. Stryk. de success. ab intest. diff. 1. cap. 3. §. 19. & diff. 7. cap. 2. §. 50. Hert. de special. Rom. Germ. Imper. Rebuspubl. sect. 2. §. 9. Horn. in Iurisprud. feudal. cap. 15. §. 21. Titius in specim. Iurispubl. Rom. German. libr. 4. cap. 4. §. 16.

§. XXII.

Et licet olim tam bellis ac pugnis singularibus, quam calamо agitata fuerit quaestio: an in primigeniis, nepos ex filio primogenito, ante Primigenii fundatorem defuncto praeferrи debeat Patruo? tamen affirmativa decisio praevaluit. Vid. Stryk. de success. ab intestat. diff. 7. cap. 3. §. 27. Et secundum hanc sententiam plures fuisse iudicatum, nempe Auenioni, per Regem Siciliae Robertum, & Cardinales sibi adstantes, hancque consuetudinem esse in Regnis

Regnis Franciae & Angliae, ac ita quoque seruari in Hispania, tradit Ludou. Bellus *conf. 124. num. 1.* vbi tamen *num. 6.* ad castra dissentientium transit. Similiter hoc modo supra laudatus Princeps Nassauae, Henricus Ludouicus, excluso filio secundogenito Adolpho, nepotem ex praedefuncto filio primogenito, ad successionem in constituto primogenio euocauit. Si quis autem plura de hac quaestione scire desiderat, euoluat a Domin. Cardin. Tuschio *pract. concil. zom. 7. lit. P. concl. 58.* relatos Scriptores, vbi *num. 8.* adiicit, illam quaestionem aliquando decisam fuisse gladio, per duellum, iussu Othonis Imperatoris, & nepotem obtunuisse. Sed vae afflictissimo Reipublicae Statui, vbi ne quidem summa potestas liibus dirimendis sufficit, sed mucro ac crux sunt loco sententiae judicialis! Solenne interim hoc Veteribus fuit, & Frotho vel Fronto Danorum Rex, lege lata, omnes controuerias, qualescumque eae essent, monomachia sive singulari certamine dirimi iussit. Vid. Wissenbach. *Part. 2. disp. ad ff. 24. rhes. 6.* Döpler in dem Schau-Platz derer Leibs und Leb-bens-Strassen *Part. 1. Cap. 1. §. 297.*

§. XXIII.

Illud etiam ad praerogatiwas primogenitorum referendum est, quod Princeps Pater, per dispositionem testamentariam, filio primogenito hoc ius auferre, aut de eo in filii praeiudicium quidquam disponere nequeat. Myler ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. part. 1. Cap. 21. §. 11.* Fritsch. in *Exercit. iur. publ. part. 2. Exerc. 8. §. 14.* Primogenitus enim hic ex propria persona succedit, unde Pater falcam in alienam messem immittere, & ius alteri quaesitum, absque ipsius facto tollere non potest. Richter *part. 1. decis. 25. num. 15. seq.* Reinkind in *det Bibl. Pollicey libr. 3. ax. 39.* Stryk. *de Cautel. testament. cap. 5. membr.*

G 2

2. §. 14

2. §. 14. Quod adeo verum, ut ne quidem hoc ius in filium secundogenitum transferre possit, nisi Primigeni ad minimum consensu accedente, quemadmodum hoc exemplo Friederici Marchionis Brandenburgici comprobant Sprignsfeld de *Apagan.* cap. 3. num. 180. seq. Leißler. in *iur. Georg.* libr. I. cap. 31. num. 22. Stryk. de *Cauel. testament.* Cap. 5. membr. 2. §. 14. Quod si tamen Pater, in suo testamento, ius primogeniturae de novo introduxit, quin illud per testamentum subsequens, nulla etiam causa mouente, pro liberrima voluntate iterum abrogare, tollere, mutare, vel alio modo restringere possit, ex vulgatissimis iuris Romani principiis facile defendi potest. Vid. L. *sancimus* 27. *Cod. de Testament.* nec potest sibi in ultima voluntate aliquis legem dicere, a qua recedere ipsi non sit licitum, L. *si quis* 22. pr. ff. *de legat.* 3. Nicol. Everhard. iun. *Vol. 2. consil.* II. num. 44.

§. XXIV.

Fluit ex principio in proxime praecedente §. praemisso, quod possessio bonorum iuri primogeniturae subiectorum, in iisdem heredes maxime plures instituere nequeat. Hoffmann. *part. I. consil.* 5. num. 16. Nec Trebellianicam dducere, Bets. *de patr. Famil. illustr.* cap. 8. §. 16. Nec substitutionem aliquam facere, Tiraquell. *de iur. primigen. quest.* 76. nec onus aliud adiicere. Quinimo si grauaretur a Patre in primogenitura filius, potest contrauenire & improbare talēm dispositionem, et si fuerit heres defuncti, prout vult dict. Hoffmann. *part. I. consil.* 5. num. 17. Et, si contingit, patrem possidere feudum in quo solus primogenitus succedit, & praeter illud bona adhuc alia, non solum primogenitus feudum totum consequitur, sed etiam ex reliquis bonis paternis, legitimam adhuc praetendendi ius haber, Rosenthal. *de feud.* part. I. Cap. 7.

Cap. 7. concl. 13. num. 4. ac ab intestato cum reliquis liberis in his succedere potest. Id. Rosenth. dict. cap. 7. concl. 13. in not. lit. C.

§. XXV.

Quamvis etiam alias, si Liberi sunt ingrati erga Parentes, poenam exhereditationis sustinere teneantur, iuxta Nouell. 115. cap. 3. Bocer. part. I. Claff 3. disp. 3. ibidem. I. num. 35. 36. seq. hoc tamen Parentum fulmen primogenitū regulariter non laedit, licet etiam exhereditationis causa subit, eaque probari possit. Myler ab Ehrenbach. de Princ. & Stat. Imper. part. I. cap. 21. §. 14. Springsfeld. de apānag. cap. 3. num. 184. seq. Coccei in Iurispubl. prud. cap. 27. §. 9. Et si forte in suo testamento, ex bonis primogeniturae, pater aliquid filio primigeno diminuerit, vel in aliū transtulerit, de inofficio etiam agere potest. Dominic. Cardin. Tusch. conclus. præf. iur. tom. 7. lit. P. conclus. 653. num. 4. Ius liquidem primogeniturae non beneficio Patris, sed naturae & legis prouenit, nec hereditario sed gentilitio iure defertur, idcirco nullo modo a patre mutari aut alterari potest. Fritsch. in Manual. Iurispr. publ. voce primogenitus pag. m. 319, & ea, quae non a patre, sed a genere tribuuntur, semper familiae integra ac incolumia permanere debent. Myler. ab Ehrenbach. de Princ. & Stat. Imp. part. I. Cap. 21. §. 12.

§. XXVI.

Viterius infertur, & respectu filii ex primogenito natus satis est fauorable, quod ne quidem Pater ipsius in eius praecidicium iuri Primogeniturae rennuciare possit, quia filius ius radicatum habet ex primigenii institutione, quod ipsis non est auferendum. Althaus. in polit. cap. 19. niam. 88. Myler ab Ehrenbach. de Pr. & St. Imp. part. I. cap. 21. §. 13. Ludolph. de introduct. iur. primogen. part.

Spec. apb. 16. §. 3. num. 32. Hinc patet, quid respondendum sit ad quaestionem: An pater, in praeiudicium filii primo geniti, ius suum alteri resignare, cedere vel vendere possit? quam quidam affirmant, moti exemplo Esau, qui ius primogenitorum fratri suo pro edulio cessit vel vendidit, Genel. cap. 25. v. 29. seq. Haebreor. Cap. 12. v. 16. Can. quam periculosem 8. caus. 7. quaest. I. Dalner. de iur. renunciat. cap. 6. num. 40. Reinkling. in der Biblisch. Policey libr. 3. ax. 38. Vid. Tiraquell. de iur. primigen. quaest. 24. 25. & 29. Alii ex ratione a nobis ante tradita negant, inter quos certo modo est referendus Dn. Ludolph. de introduct. iur. primogen. part. spec. apb. 16. §. 3. num. 32. seq. alii vero, an renunciatio vel cessio, liberisiam existentibus, vel nondum adhuc natis sit facta, distinguendo illam resoluunt. Vid Springsfeld. de apanag. cap. 3. num. 224. seq. quam tamen distinctionem reicit modo nominatus Ludolph. de introduct. iur. primogen. dict. part. spec. apb. 10. §. 3. num. 36. seq.

§. XXVII.

Si praeter primogenitum etiam existabunt filii alii, hi non possunt petere legitimam in bonis primogeniturae, quia ea omnia pro legitima primogeniti cedunt, Rosenthal. de feudis part. I. cap. 7. concl. 13. num. 2. & 3. sed primogenitus saltet tenetur alere fratres, Dom. Cardinal. Tuschus pract. concl. tom 7. lit. P. conclus. 653. num. 4. Springsfeld. de apanag. cap. 5. num. 1. 2. seq. & cap. 12. num. 17. seq. & quidem pro modo facultatum aut dignitatibus; quia nati ex illustri Familia magnifice sunt tractandi, ihrem Stand gemäß, quo dignitatem suam sartam rectam tueri valeant, ac Familiae splendor conseruetur. Knipschild. de fideicom: Famil. nobil. cap. 6. num. 210. quare illa etiam consuetudo, quae fratribus postgenitis nullam relinquit por-

portionem, ut diabolica est reiicienda, teste Rosenthal.
de feud. part. 1. cap. 9. membr. 1. conclus. 55. in not. lit. I.
 Hodie certum ipsis est constituentium apanagium, de cuius quantitate vid. Springsfeld. *de apanag. cap. 8. num. 10. seq.* in genere autem Princeps regens, apud alias fratres & sorores, se clementem & piūm exhibebit continuo, iuxta datam sibi a Deo gratiam, & iuxta suum beneplacitum, & ipsis patrimonii facultates, quemadmodum dispositum in Aur. Bull. *cap. 25. §. 2. in fin.* Quo ipso eriam eluceat, quod more apud Turcas recepto, fratres reliqui non sint trucidandi, aut prout alibi factum relegandi, perpetuo carceri includendi, aut ut habitum monachalem suscipiant, intuiti cogendi. Springsfeld. *de apanag. cap. 4. num. 2. seq.*
 Knipschild. *de fideicom. famil. nobil. cap. 6. num. 210. seq.*

§. XXVIII.

Nec praetereundum hic est illud beneficium, quod ab aetate & lege civili primo loco nati habent, & priuatis aequae ac ex illustri sanguine editis commune esse potest, quod scilicet in vita parentum alimenta, & quaecunque alia ad honestam educationem pertinent, capiant, nec illa in hereditatis divisione, si quae locum haberet, conferre teneantur, licet fratres postgenitos renellos adhuc habeant, quibus tantum beneficium ex substantia paterna nunquam obtigit. Vid. Carpzou. *in Iuri. pr. forens. part. 3. const. 15. def. 33.* Et quod magis est, si aliquid ad primogenitum perueniret iure primogeniturae, illud non est conferendum cum ceteris fratribus, Tiraquell. *de iur. primigen. qu. 51.* vbi ramen n. 3. limitat, nisi pater propria pecunia emerit feudum, in quo est huiusmodi ius primogeniturae constitutum. Sic iure Saxonico, frater maior natu hanc quoque praerogatiuam haberet, quod ex rebus expeditoriis, quas alias fratres inter se dividunt, gladium habeat praecipuum, & in cete.

ceteris rebus hereditariis ius diuidendi. Petr. Heig. part. I.
quaest. 8. num. 28. Coler. decis. 54. num. 4. Similiter maxi-
ma pars consuetudinum Franciae deferit principalem do-
mum primogenito ut praecipuam. Tiraquell. de iur. pri-
migen. quaest. 71.

§. XXIX.

Haec quoque praerogativa Primogenitorum non mi-
nimam est, quod pater ex bonis primogenii nexu li-
gatis, nihil alienare possit, habentur enim pro bonis alie-
nis, arg. L. peto &c. §. 1. ff. de legat. 2. L. fin. §. 2. & sequ.
Authent. res quae Cod. Commun. de legat. Hinc etiam fu-
turus primogenii successor potest a possessore cautionem
exigere de non imminuendis bonis fideicommisso vel pri-
mogeniturae subiectis. Bets. de pact. Famil. illustr. cap.
8. §. 64. Horn. in Turisprud. feudal. in append. Resp. 13. per-
tot. Non minus primogenitus quoque, timens a pos-
sessore alienationem honorum eorum, quae sub vinculo
primogenii continentur, potest postulare, ut bona ea de-
clarentur primogenito subiecta, & ad eum post obitum
possessoris pertinere, Zanger. de exception. part. 3. cap. 26.
imo, vbi dilapidationis periculum imminent, potest etiam
ab administratione honorum primogenii remoueri, quod
in familia quadam Comitum illustri obseruatum esse, te-
statur Bets. de pact. Famil. illustr. cap. 8. §. 61. Quod si
forte de facto, ex bonis primogeniturae, a possessore ali-
quid alienatum fuerit, non tener alienario, sed salua est
successori in primogenio actio reuocatoria, arg. I. Feud. 8.
§. hoc quoque. 2. Feud. 26. §. Titius. 2. Feud. 39. pr. Bets. de
pact. Famil. illustr. cap. 8. §. 61. in fine.

§. XXX.

Hinc sequitur, quod nec bona primogeniturae in prea-
judicium successoris alias oppignerari possint, quia
op-

oppignoratio & hypothecae constitutio est species alienationis, L. fin. Cod. de reb. alien. non alienand. nec si hoc factum, terner successor in primogenitura ad relutionem, aut ad debita sui praedecessoris. Lud. Bellus, consil. 3. num. 164. & 165. Si tamen oppignoratio feudi, ab antecessoribus, ex iusta causa suscepta, primogenitus sicut succedit in feudo, ita etiam in iure redimendi feudum. Mar. Giurba. Obseru. 70. num. 15. Ex eadem ratione, haec bona primogeniturae nec in solutum dari possunt, arg. L. pro folio 46. ff. de Vsurp. & Vscap. nec donari, legari, dotis nomine relinquiri, in feudum, emphyteus in vsumfructum &c. concedi, quia omnes hae causae nomine alienationis veniunt, per dict. L. fin. Cod. ibique Dres. de reb. alien. non alienand. Similiter, nec seruitutes bonis primigenialibus imponere, nec seruitutes his bonis debitas aliaque iura inherentia remittere potest, & si vnum vel alterum attentatum fuerit, illud saltem in constituentis vel remittentis praeiudicium sustinebitur, neutrum vero successori nocere potest. arg. L. i. pr. ff. quib. mod. vſus fr. vel vſus amitt. L. is cui via. II. §. I. ff. quemadmod. seruit. amittunt. sed resoluto iure constituentis, resolui quoque debet ius accipientis. L. lex. 31. ff. de pignor. & hypoth. L. si quis domum. 9. §. I. ff. Locrat. 2. Feud. 8. Vid. Bets. de part. Fam. illustr. cap. 8. §. 64.

§. XXXI.

Quod si possessori de bonis primigenialibus, vel omnibus, vel parte saltem, lis fuerit mota causaque sit valde dubia, quin ad optimum expediendarum litium remedium, transactionem scilicet L. fratr. 10. Cod. de transact. Carpzov. in Iurispr. forens. part. I. Conf. I. def. 10. per 20. Verstegen. de transact. Obseru. 6. recurrere, causamque per amicabilem compositionem finire possit; ambige-

H

re

re non debemus. Bets. *de past. Famil. illustr.* cap. 8. §. 2. idem dicendum est de compromisso, Reincking. *de Reg. secul. & Eccles. libr. 1. class. 4. cap. 17. num. 75.* Quibus casibus tamen suorum essent, ut filii sui primogeniti, si in secunda aetate est constitutus, ac praesens, consensum non negligat Pater. arg. L. cum non solum 8. §. 3. seq. Cod. de bon. quae liber, ad minimum vero omnia in praesentia & cum auctoritate iudicis peragat, Reincking. *de reg. sec. & eccles. libr. 1. class. 4. cap. 17. num. 75.* hoc enim modo omnem fraudem ac dolum a se excludet, arg. L. qui auctore 137. ff. *de Reg. iur. Wolffg. Textor. decis. Palat. 60. in vot. num. 6.* successoribus vero omnem ansam disputandi amputabit.

§. XXXII.

Ex rationis paritate nihil verabit, bona primogeniturae permutare cum aliis, praesertim si virtus primogenitii hoc modo euidenter promovetur, & bona permutata in locum priorum surrogantur, quoq si sit, permutatio proprii non est alienatio, nec hic aliquid ex bonis primogeniturae abesse videtur. Consentit saepe ciatus Bets. *de past. Fam. illustr. cap. 8. §. 62.* quamvis, ex ratione modo tradita, nec hoc casu consensus filii primogeniti postponendus, aut iudicalis auctoritas temere contemnenda.

§. XXXIII.

Posito etiam, quod ex sententia multorum, Primogenitus ius suum cedere, vendere, abdicare vel alio modo in aliud transferre possit; in illo tamen casu, si euidentis ac notabilis interuenierit laesio, ille per hereditatem L. 2. Cod. *de rescind. Vendit. adiuuandus, & negotium rescindendum* est. Springsfeld. *de apanag. cap. 3. num. 210. seq.* Vel etiam configere potest ad beneficium restitutio in integrum, quemadmodum ICi Wittenbergenses Respon-

fo

so aliquo speciali hoc adfirmarunt, quod integrum adduxit Stryk. de Cautel. testam. cap. 6. membr. 2. §. 27.

§. XXXIV.

Haec quoque iuris primogeniturae praerogativa haud vulgaris est, a qua maximopere commendandum, quod opes, splendorem et dignitatem Familiarum conseruet, accertamina ex diuisione oritura auertat. Dn. Hert. in Element. prudent. Civil. part. 2. sect. 5. §. 4. nullam enim divisionem hereditariam hoc ius agnoscit, Schilter. Exerc. ad ff. 20. 75. Vnde hoc ius primorum natalium propter publicam utilitatem introductum est, eiusque obseruatio, non minus Imperio, quam ipsiusmet Familias, ne scilicet facta diuisione potentia diminuatur, aut splendor illarum deliquium patiatur, vnilis & salutaris est. Stryk. de success. ab intest. diff. 1. cap. 3. §. 14. Ipsorum etiam subditorum in primis interest, regna non diuidi, sed primogenito tantum deferri, qui se petant feliores sub sceptro potensis Monarchae, cuius sola auctoritas continet amicos in debito officio, & inimicos in timore, quam sub regimine minoris Principis, qui semper potentioris arbitrio expositus est, vt perdix accipitris preda, sicut ex Petr. Mathia in Histor. Heinric. 4. libr. 1. sect. 12. refert Hoffmann de iur. rev. individual. Cap. 2. sect. 2. num. 48. Nam diuisiones multiplicant Dominos, tribunalia, familias, Officiales & Ministros, lachrymas & dolores subditorum, collectas, tributa & dotalia, efficiuntque, vt, quae per unum rectius & salubrius pro Republica fieri poterant, per plures sequens expediantur, aliaque mala pene infinita coniuncta habent. Id. Hoffmann. de iur. rev individual. cap. 2. sect. 2. num. 51. seq. ubi num. 53. sequentia incommoda superaddit: per eas, diuisiones scilicet, mentes quoque & Capita Ducum ac Comitum diuiduntur, vota in Comitiis

Imperii & Circulorum discrepantia dicuntur, consilia publica tarduntur & impediuntur, potentia Ducatum & Comitatum debilitatur, pax publica turbatur, vnitas prouinciarum dissoluitur, & ex Marchionibus, Comitibus & Dominis fiunt Marchioniculi, Comiticuli & Domicelli, qui neque subditorum suorum, neque totius Imperii conseruationi amplius sufficiunt. Et quod regni pro indiuisio parique inter fratres potestate administratio, aut eiusdem in plures partes diuisio, cum maximo regni detimento & ipsius Familiae Regiae conuulsione sit coniuncta, pro singulari sua profundi sui ingenii prudentia agnouit quoque illustr. Dn. de Pufendorff. *de iur. nat. & Gen. libr. 7. cap. 7. §. II. add.* Ludolph. *de introduct. iur. primog. part. gen. apb. 12. num. 2. seq.* Hanc lernam malorum ex diuisionibus Regnorum ac prouinciarum oriundam, Morio cuiusdam aulae ad viuum repreaesentauit optime; quam historiam cum ex Barclaii Icone animor. cap. 5. integrum retulerint Knipscihld. *de fideicom. Famil. nobil. cap. 6. num. 325.* Hert. *in dissert. de commenit. apanag. & parag. distinct. j. 13.* Hoffmann in *tr. de iur. ver. indiuiduar. cap. 2. sect. 2. num. 52.* nec nos eam huc transcribere morabimur. Est autem talis: *Cum aliquando de diuidendo in Saxonia principatu ageverur, & legum ac consuetudinum periti conuenirent, iisque in conclavi sedentibus adessent litigantes fratres, emotae mentis vir, sed innoxia iucundaque insania consuetus delectare audientes, in id secretum perrupit, quem grandior natu ex Saxonice fratribus intuens (nam is illius Aulae cibis affueverat) Vis autem & tu, inquit, sententiā dicere de bercis undae familiae rebus? At ille, & quidni, inquit, velim? Expe&aue- raut omnes ab amente ridiculi leporis venustatem. Igitur rogare perseverant, ne in tanta re suum consilium deesse patetur. Sed ipse negebatur, nisi vestis, qualēm Iurisperiti induebant, sibi daretur, tantae consultationi misceri; cum illa se sapien-*

ta libe

H

sapientiam esse sumturm. Hilavlor genius omnes inuaserat, adeo ut ip[s]is quoque berus non sine maximo risu iuberet, de penu sua produci suffultam pellibus rogam, iniicie capienti. Quam u[er]o ille curiose aptauit, bis terque per triclinium spatiatur, rogare Dominum coepit, ecquid se illa vestis decebet? Egregie inquit. Sed superest, ut his rebus, quae inter nos agitantur, tua sapientia modum imponat. Ille breuem in se moram esse respondit, in proxii. cum conclave paulisper abitu[r]um: illic se melioris sapientiae Spiritus ad consilium arcessere velle. Cum eo secessisset, adduxit repente ostium, ne quis arbiter prudenti nequitiae interueniret; exuirque illam rogam, & gladiolo, quo erat accinctus, ab humeris ad simbram in longas & exiles partes exsecuit. Ita laceram cum sibi iterum inieccisset, reservat fores, peruenitque ad Dominum, & inzueri rursus iubet, quam ornatus incederet. Iracundia arcuie risum, quia pretiosa erat vestis, quae ita in partes periebat, & o te vecordem, inquit, flagellisque scindendum! Nibil vero timuisti dominicae vesti furiosas manus afferre? Neque ille conterritus: Ridiculum, inquit, cum vos multo pericolosius insaniatis, tam grauiter mibi irasci: Haec est vestrae fortunae imago, quam indui, multoque stolidius Saxonum Principatum perditis, quam ego hanc rogam. Incolmis me decebatur, ridezisque cicerparem. Ita Saxonia integro corpore viget, armis & opibus gravis; cum eam autem per partes laceraueritis, nemo pristinam dignitatem agnouerit.

§. XXXV.

Nec est, ut hic aliquis nobis auctoritatem Legum Romanarum iterum obiciat, quae, prout iam supra afferimus, aequalitatem inter liberos, & aequam hereditatis paternae divisionem regulariter iubent; nam eruditionis & auctoritatis famam prostituet, quia iura illustrium Personarum, ad hanc juris priuati cynosuram, nullo tempore vel moderamine adhibito, semper reuocabit. Au-

H 300 f. 11v. diamus,

diamus omnium loco Sauedram in Idea princip. Christian. Polit. symb. polit. 70. pag. m. 579. dicentem: Nec excusari posse sunt errores isti legi duodecim tabularum aut iure communis, decernenda inter fratres paterna hereditate, nec ratione eriam naturali, quae suadere videtur, ut sicut pater communem filii vivam tribuit, ita bona quoque illius, omnibus sint communia; ista inquam non excusat: nam Rex persona est publica, & ut talis agere debet, non tanquam pater, & ad subditorum magis, quam filiorum suorum commoda attendere; Et praeterea a Regnum bonum quoddam publicum, adeoque velut alienum, de quo Rex aequo pro arbitrio disponere non potest, ac de bonis suis priuatissimis, praeserrim cum iam Subdit, ex quo vni se submisere, certum quoddam ius acquisuerunt, ad suam conservationem & securitatem, immo splendorem etiam & amplitudinem, ut ne dissoluatur corpus illud statuum, a quo possimum habent, ut aestimentur ab aliis & securi sint.

§. XXXVI.

Supra, in hac nostra sect. 3. iam mentionem fecimus, ius primorum natalium hoc velle, ut natu liberorum maximo summa rerum committatur, ceteris natu minoribus ab omni hereditate paterna exclusis; Quae materia hic repetenda & accuratius enucleanda est. Infertur autem ex eo, quod filius primogenitus Patri solus in toto Ducatu aut Comitatu succedat, exclusis a successione reliquis fratribus ultragenitis, ita ut primogeniti legitima sit totus principatus, Myler ab Ehrenbach. de Pr. & Stat. imp. part. 1. cap. 21. §. 17. & unus ille, qui sic succedit, excludit etiam reliquos, a bonis quoque allodialibus regioni innexis, Hert. in dissert. de special. Rom. Germ. Imper. Rebus publ. sect. 2. §. 10. ita ut fratres postgeniti apanagio, quod ipsis assignatur, contenti vivere teneantur. Ludolph. de introduct. iur. primogen. part. spec. apb. 12. num. 1. seq. Nec hic aliquid negotium facessit, quando in quibusdam territoriis;

riis, non natu maximus sed minimus, saltē filiorum succedit, quemadmodum in territorio Grimbergensi; nam singulare hoc ius est ac exorbitans, & in modo dicta ditione inductum ob rebellionem maximi natu. Vid. Chritin. *decis. Belgic.* 360. *num* 9.

§. XXXVII.

Differt autem primogenitura & apanagium iuxta diuersa loca Germaniae, tam circa modum introductionis, quam ratione iurium. Alibi introductum est ius primogeniturae per testamentum, ut in Batuaria, alibi per pactum, ut in Hassia. Ratione iurium non uniformia sunt in Germania apanagia, tam respectu illius, quod conceditur apanagiatis, quam & intuitu iurisdictionalium, ita ut certa regula hic poni non possit, sed res tota dependet a pactis familiarium: alibi apanagium solum in pecunia non in terris constituitur, ut in Domo Brunsuicensi: alibi datur optio apanagiatis, an quotam siam in immobilibus, an in aere accipere velint, ut in Ducatu Wurtembergico: alibi haec optione relinquitur primogenito, ut in linea Hasso-Darmstadiana. Alibi plus, alibi minus habent iurisdictionis, ita tamen, ut communiter species iurisdictionis territorialis non exerceant, prout ait Sprenger *in Lucern. Imper.* pag. m. 215. add. D. Coccei *in iurispubl. prud. cap.* 27. §. 10. &
12. quod postremum, praerogatiuus primogenitorum etiam adscribendum est.

§. XXXVIII.

Hac occasione, apud eundem Sprenger. *in Lucern. iur. publ. cap. 2. pag. m. 216.* quem postea fecutus est Dn. Hertius in *diff. de comment. Apanag. & parag. distinct.* §. 14. legisse nos meminimus: quod in Domo Nassouica Dillenburgensi, ex dispositione conuentiū, Principis

Ludo-

Ludouici Henrici, receptum sit, ut secundogenitus illius habeat ditionem Driedorff, in apanagium liberum & hereditario masculinum, loco legitimae, et quidem cum omnimoda iurisdictione territoriali, ut iure collectandi, Episcopali, forestae, datorum, sequelae, aperturae, lustrationis, delectus & quae sunt similia. Haec tamen omnia nullum hodie amplius habent usum; existincta enim est linea masculina filii secundogeniti Adolphi, cui, quod in introductionem juris primogeniturae supra memorati consensit, pro se & descendantibus suis masculis, laudatus hic Princeps, hoc apanagium quidem constituit, hac tamen lege addita, ne futuri temporibus in consequentiam trahatur.

§. XXXIX.

Traditis antea est proximum ac consequens, & ad praeципua iura primorum natalium pertinet, quod statuit aliquoties citatus Hertius *in dict. dissert. de Commentit. Apanag. & parag. distinct. §. 13.* si nimurum Princeps, vel Comes, vel Baro, in testamento suo caueat, ut primogenitus sit Dominus regionis, *Landes-Herr*, secundo autem genito terras quasdam attribuat, gubernandas, cum nonnullis regalibus, simul etiam disponat, ut non nisi cum huius consensu Regimen in aliquibus Reipublicae negotiis exerceat, quod non sit praesumendum, Testatorem voluisse secundogenitum in consortium superioritatis territorialis admittere, coniecturam enim, quae pro primogenito capitur esse favorabilem; quoniam partitio frangit opes, & partit facile discordiam, eo acriorem, quo magis sunt propinqui, qui Principatum diuiserunt: difficultia enim bella fratrum, & qui sine modo amarunt, iidem sine modo etiam odio habent. Haec ille! Cui adde Knipschild *de fideicom. Famil. nobil. cap. 6. num. 227.*

§. XL.

His affine est, quod integro consilio deduxit Besold. *part. 4. consil. 148.* quod scilicet Filii secundogeniti ad successionem feudi regalis ac individui vocati, de iuribus primogeniturae cohaerentibus nihil consequantur, unde successio illorum saltem fieri debet in fructus ac redditus.

Haec tenus dicta rem non absoluunt, sed alia restant, quae etiam splendorem ac praeminentiam Primigenorum singulariter confirmant. Sic primogenitis solis competunt iura Majestatis, Superioritatis territorialis, Regalium, merum & mixtum imperium, & in genere omnia alia, quae ex hisce fontibus quocunque modo promanare aut deriuari possunt. Ex quo consequitur, quod regulariter solus primogenitus possit condere leges & statuta, creare Magistratus, instituere iudicia ecclesiastica, civilia & criminalia, publicare mandata, edicta, inhibitiones, indicere conuentus provinciales, de noxiis multam vel etiam ultimum supplicium sumere, gratiam delicti commissi indulgere, exigere collectas angariarum & parangariarum praefestationes, iura venationis, & quae sunt circa fluminas ac vias publicas, nec non mineralia exercere, monetam cudere, nundinas ordinare, fortalitia extruere, bona vacantia, & quae indiginis auferuntur, in Fiscum referre, alia que perficere, quae ad iura illa Majestatica & Superioritatis territorialis referri possunt. Postgenitis vero, seu apanagiatis, haec omnia sunt adempta; quibus etiam ius Regiminis instituendi non competit, & si, prout ait Dn. Ludolph. *de introduct. iur. primogen. part. spec. apb. 12. num. 20.* In impropprio Apanagio scilicet, Collegium ex Consiliariis formetur, id tamen appellatione einer Regierung non venit, sed tantum einer Canzley, quae minoris est dignitatis,

prout etiam Principes Imperii, Comitibus Landstassis, non
alio nomine Collegia insignire permittunt. Add. Springs-
feld. de apanag. cap. II. num. 70. sequ. Dn. Lombard. in
irutin. triad. quaeſt. conrouers. pag. m. 17.

§. XLII.

Nec sibi primogenitus praecuditat, etiam si passus sit lon-
go tempore reliquos fratres secum exercere actus iu-
risdictionales, nec hic concludendum est, quod alius volu-
erit iurisdictionem communicare, cum abdicatio iuris sui
non sit praefumenda, per L. cum de indebito 25. pr. ff. de
probar. praesertim vbi alia conjectura familiaritatis, amici-
tiae aut consanguinitatis, cuius intuitu per connuentiam
multa tolerantur, capi potest. Vid. Herpfer. in *dissert. de*
iur. Primogen. Princip. Germ. cap. 3. f. 23. Hinc etiam se-
cundogenitus, si possederit bona primogenituræ, iure
familiaritatis possedisse praesumitur, ut ait Matth. Barratus
in *decision. Rot. Roman. Tom. I. decif. 216. num. 6.* Caveat
sibi interim Princeps regens ab-eiusmodi coercitio Regi-
minis, ac ministeriis sponte oblatis, quae nobis videntur
suspecta & periculorum plena, possuntque sub larua offi-
cii mille latere officiae.

§. XLIII.

Sed & haec prorogativa certe maxima est, quod eo ipso,
quia primogenitus solus superioritatem territorialem
in terris sibi subiectis exerceat, ille etiam iura Comitiorum
ac Statuum imperii (de quibus Pauermeister. de *iurisdic.*
imper. Rom. Libr. I. cap. 4. num. 2. 3. seq. Schweder. in *in-*
troduct. in ius publ. part. spec. sect. 2. cap. I. ac iuris publi-
ci Scriptores communiter) habeat, Fritsch. in *Manual.*
Jurispr. publ. voce primogenitura. pag. m. 321. Leisser. in *iur.*
Georg. libr. I. cap. 31. num. 46. Coccei. in *Jurispubl. pru-*
dent. cap. 27. §. 15. & per consequens etiam ius adlegandi,
per

pér ea, quae tradit Petr. Ludwig *de iur. ad legand. S. Rom.*
Imp. cap. I. §. II. quo iure sublimi postgeniti alias destitu-
 untur. Vid. pluribus Springsfeld. *de apanag. cap. II. num.*
119. sequ. quos etiam alias a circularibus conuentibus ex-
 clusos videmus, iuxta eundem Springsfeld. *dicit. cap. II.*
num. 135. sequ.

§. XLIV.

Sic etiam summa circa sacra & Religionem potestas, quae
 Principis prima cura esse deber, Ziegler. *de iur. Maiest.*
libr. I. cap. 13. num. 1. Ius Episcopale, ac quae inde descen-
 dunt, ad solum primogenitum spectat, Leisser. *in iur. Ge-*
org. libr. I. cap. 31. num. 47. Lombard. *in iur. Triad.*
quaest. controvers. pag. m. 17. & postgeniti, in locis apa-
 nagi concessis, non possunt mutare religionis, quae in
 territorio primogeniti viger, exercitium, Springsfeld *de a-*
panag. cap. II. num. 74. competit enim hoc ius reformati
 religionem ratione territorii & superioritatis, per In-
 strument. Pacis de anno 1648. art. 5. §. I. & §. 30. quo iu-
 re postgeniti per superius tradita sunt destituti. Accide-
 re tamen nonnunquam potest, vt Apanagiatus ius Sacro-
 rum acquirat, non quidem tanquam Apanagiatus, sed ex
 statuto Familiae, si primogenitus diuersae religioni se ad-
 dicat, de quo Ludolph. *de introduct. iur. primog. part. spec.*
apb. 12. num. 22. alias limitationes profert Springsfeld. *de*
apanag. cap. II. num. 75. sequ.

§. XLV.

Quamvis etiam Principibus postgenitis Concionato-
 res suos aulicos habere permittatur, eosque pro ar-
 bitrio eligere possint, sie mögen ihre eigene Hoff-Prediger
 und sonderliche Hoff-Capell halten, Springsfeld *de apanag.*
cap. II. num. 74. tamen, si de doctrina illorum inquisitio
 instituenda, a Consistorio ecclesiastico, Principis regenis,

vi iuris sacrorum huic competentis, modo apanagiatus in territorio eius habiter, fieri id oportet, prout iterum in terminis tradit Ludolph. *de introduct. iur. primog. part. spec. apb. 12. num. 24.*

§. XLVI.

Auget etiam dignitatem ac praerogatiwas Primogenitorum insigniter, quod omnes ex Familia representent, Knipschild *de fideicom. Fam. nobil. cap. 6. num. 228.* Ludolph. *de introduct. iur. primogen. part. spec. apb. 3. num. 4.* Lombard. *in trutin. triad. quaeſt. controuerſ. pag. m. 7.* Et fratribus postgenitorum negotia gerant ac tueantur, Leißer. *in iur. Georg. libr. 1. cap. 31. num. 47.* Knipschild *de fideicom. Fam. nobil. cap. 6. num. 228.* imo iurisdictionem in eos, totamque omnino Familiam exerceant, iuxta Coccei. *in Iurispubl. prudent. cap. 27. §. 15.* Vid. Lombard. *in trut. triad. quaeſt. controuerſ. pag. m. 23.* Sed an primogenitus fratrem suum etiam punire possit, si haber administrationem, est quaeſtio? Affirmat Brunnemann *ad L. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep. num. 2.* Negat tanquam absurdum cum Bets. *de paet. Fam. illustr. Schubhard de aufstreg. cap. 3. num. 93.* quem refert ac etiam sequitur Springsfeld. *de apanog. cap. 3. num. 223.*

§. XLVII.

Praetera primogenitorum etiam eminentia in eo apparet, quod regulariter inuestituram feudorum petunt, Knipschild *de fideicom. Fam. nobil. cap. 6. num. 228.* Leißer. *in iur. Georg. lib. 1. cap. 31. num. 46.* Dn. Coccei. *iurispubl. prud. cap. 27. §. 15.* nec non etiam Vasallos de Feudis inuestiunt, Fritsch. *in Manual. Iurisprud. publ. voce primo genitura pag. m. 321.* ac ab illis recipiunt fidelitatem, Tiraquell. *de iur. primigen. quaeſt. 85. num. 17.* Springsfeld. *de apanag. cap. II. num. 190. sequ.* Ludolph. *de introduct. iur. primogen. part. spec. apb. 3. num. 4.*

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Imo adhuc latius se haec primogenitorum praerogativa extendunt. Nam etiam in locis, vbi ius primogeniture obseruatur, soli Primogenito, seu Principi regenti, homagium, die Huldigungis Pflicht, a subditis praestari debet, Ritter de homag. cap. 3. concl. 55. & cap. 4. concl. 85. Springsfeld. de apanag. cap. II. num. 158. sequ. Schweder in Introduct. in ius publ. part. spec. sect. 2. cap. II. num. 4. Qui etiam soli primogenito, in signum subiectionis territorialis, obsequium debent. Imo, ex sententia quorundam, Primogenitus etiam secundogenitum hoc vinculo sibi devincire potest, nam fratum quoque gratia rara est, & primogenitus in regimine, & quae illi consequentia sunt, solus intelligitur esse Princeps cum effectu, cum ceteri ab eo remoti sint, vt ita in effectu iuris perinde habeatur, ac si unus duntaxat natus atque superiores esset, atque adeo huic tantum, non vero aliis non regentibus iuramentum subiectionis debeatur. Ritter de homag. dist. cap. 4. conclus. 85. Leisser. in iur. Georg. libr. I. cap. 31. num. 49. sequ. vbi hoc tamen restringit ad apanagium proprium, & hinc in illustrissima Domo Ducali Saxonica, vbi apanagium improprium vel conuentionale viget, non tantum primogenito soli, sed coniunctim etiam postgenitis homagium simul praestari, cum subiecta ibidem homagii illius formula affuerat. Quid in Hassia obtineat, docet Hertius de special. Rom. German. Imper. Rebuspubl. sect. 2. §. 9. *¶*

§. XLIX.

Nec illa praerogativa primogenitorum hic omittenda est, quod soli subscribunt rescripta, edicta, mandata, privilegia, concessiones ac ratificationes, etiam in apanagio improprio, non vero postgeniti simul, prout vult Springsfeld. de apanag. cap. II. num. 270.

13

§. L.

§. L.

In foro Austregarum se etiam aliquid conspicendum praebet, quod primogenitos a postea natis discernit, ac in catalogum praerogatiuarum, quae illis praे hisce competant, merito referendum est. Quando enim primi Ordinis personas agere intendunt, soli Principes Imperii ecclesiastici, vel seculares, qui ad clavum Reipublicae sedent, & rerum gubernacula tenent, welche Regierende Fürsten und Herrn seyn, sunt eligendi, cum exclusione postgenitorum non regentium, per Ordinat. Camer. part. 2. tit. 2. §. 2. Illi enim, qui rerum summae praesunt, stipati sunt Consiliariis, quorum ope & opera controversias decidere valent, quod reliqui, qui tantum de suis adsignatis annuis redditibus viuunt, non aequa ac commode possunt. Schubhard. de *Austreg.* cap. 6. num. 2. & 3. Springsfeld. de *apanag.* cap. II. num. 151. sequ. Blum. de *process.* Camer. tit. 27. num. 66. sequ. Coccei. in *iurispubl. prud.* cap. 32. §. 32.

§. LI.

Transeamus ad alia! Si primogenitura constituta in Castro vel oppido cum eorum pertinentis, inter ipsas pertinentias connumerantur molendina, census & reditus, prout ait Bets. de *pact. Famil.* illuſtr. cap. 8. §. 61. ita ut pertinentiarum vocabulum hic latissime pateat, omniaque comprehendat, quae quounque modo sub eo intelligi possunt.

§. LII.

Ex hac ratione Primogenito, vna cum ducatu, oppidis, pagis, territorio eiusque iure, regalibus, priuilegiis, cedunt quoque prouinciae accessoria, veluti annui redditus, fructus pendentes, qui alias pars fundi esse dicuntur in L. fructus 44. ff. de *Rei Viudicat.* percepti etiam, & repositi

ad

ad usum publicum, nomina debitorum, res, vel ad usum publicum, vel ad domini dignitatem aat splendorem tuerendum, zu Erhaltung Fürstl. Stands und Hohheit, comparatae, aut in perpetuum destinatae, aliaque prouinciae emolumenta, ut videre licet apud Myler ab Ehrenb. de Princ. & Stat. Imp. part. I. cap. 21. §. 18. Coccei. in iuris publ. prud. cap. 27. §. 19. & 20.

§. LIII.

Similiter palitia, arces, vrbes, exercitus, armamentaria, bombardas, machinas, & instrumenta bellica, ad usum publicum facta, quaeque eius rei causa parata sunt, artilerie und Kriegs-Rüstung, aerarium quoque & annonam publicam, Magazinen und Prouiant Häuser, Primogenitis solis vindicanda esse, recte affirmarunt Myler ab Ehrenb. de Princ. & St. Imper. part. I. cap. 21. §. 18. Coccei. in Iuris publ. prud. cap. 27. §. 21.

§. LIV.

Praeterea quoque Primogenitus, tanquam accessoria territorii, ac dignitatis sua debentur insignia publica, ut corona, sceptrum, pallium ac eius generis alia, ut constat ex Tiraquell. de iur. primigen. in praefat. num. 138. & Coccei. in Iuris publ. prud. cap. 27. §. 21.

§. LV.

Porro primogenitus, tanquam ius aliquod praecipuum, prae fratribus postgenitis consequitur equitum publicum, den Marstall, die Stuttereyen, vitaria & piscinas publicas, cum feris & piscibus. Coccei. in Iuris publ. prud. cap. 27. §. 21. Huc refer reliqua armenta, & quaecunque ad rem pecuariam pertinent, villas quoque ac praedia, cum omni instrumento.

§. LVI.

§. LVI.

Non minus etiam reliquum apparatum Principis publicum, & quae dignitatis aut coruscantis splendoris causa habent, gemmas, aulaea, picturas, imagines in primis Familiae, bibliothecam quoque publicam, cum Gaza Medallionum, nec non reliqua quoque mobilia, ut vas a aurea & argentea, thesauros, vinum, & quaecunque modo ex rationis similitudine huc referri possunt, solius Primogeniti esse iterum tradunt Myler. ab Ehrenbach, *de Princ. & Stat. Imper. part. I. cap. 21. §. 20.* & Coccei, *in Iuris publ. prud. cap. 27. §. 21.* Sic, cum Petrus Medicus, frater minor, locupletissimi thesauri Medicorum Familiae, divisionem a Fratre Ferdinando I. magno Duce Hetruriae peterer, Commissarii Pontificis & Regis Hispaniae, singulari decisione eum ipsi denegarant, cum ipsis quidem summa indignatione, ait optimo iure, prout refert Springsfeld, *de Apanag. cap. II. num. 254.* Myler. *de Princ. & Stat. Imper. part. I. cap. 21. §. 20.* iniquum enim esset, illa, quae a populo ad defensionem, conseruationem vel amplificationem Reipublicae conferuntur, ab aliis in priuatos usus transferri, prout ait Bets. *de pact. Famil. illustr. cap. 10. §. 67.* Et quod Princeps ut Princeps acquirit, successori in Principatu, non patrimonialibus hereditibus, etiam iure Romano debetur, per L. *quod Princi 56. ff. de Legat. 2.* Myler ab Ehrenbach. *dicit. cap. 21. §. 20.*

§. LVII.

Quod si bona quedam allodialia, ut dynastiae, pagi, villae, a patre sint acquisita, num haec quoque Primo genito soli cedere debeant, an vero cum reliquis fratribus communicanda, est quaestio non satis expedita? Quod soli primogenito haec bona attribuenda, modo Ducatu sint unita vel incorporata, wann sie der Cammer einverlei-

verleibet worden, verius censet Myler. *de Princip. & Stat.*
Imp. part. I. cap. 21. §. 21. Cui calculum suum adiicit Hert.
in dissert. de special. Rom. Germ. Imper. Rebuspubl. sect. 2.
§. 10. nec non Coccei. *in Iurispubl. prud. cap. 27. §. 21.* Con-
|trarium defendit Bets. *de pæd. Famil. illustr. cap. 10. §. 46.*
 Vid. Springfield. *de apanag. cap. 10. num. 18.* & nouissime Dn. Ludolph. *de introduct. iur. primogen. part. spec. apb.*
10. num. 4. vbi quaestio[n]em hanc inter illustrissimas Impe-
 riij Familias adhuc controuersam, definire veretur, sub-
 iungit tamen ibidem num. 6. 7. & 8. sequentem considera-
 tionem; Ponamus, Principem Imperii inter descendentes suos
 ius primogeniturae legitime introduxisse. Postmodum ad
 eandem Familiam Ducatum nouum per successionem esse de-
 solutum, de quo vel alio augmentatione in constitutione iuris pri-
 mogeniturae nihil expresse dispositum. Accessionem istam pri-
 mogeniti filius esse, ego non dubiro. Neque enim primogeni-
 turae ius ad praesentes tantum respicit possessiones, cuius fi-
 nes utique longe ampliores sunt. & omnia complectuntur, quae
 cunque Familiae accrescentur. Aliud dicendum, si dictum sit,
 ultra terminos praesentes effectum sortiri non debere.

§. LVIII.

Si vero bona primogeniturae per accessiones nouarum terrarum sint aucta, an hoc in casu propter illud augementum superueniens, apanagium filii postgenitis constitutum sit augendum, hic tractari potest? In apanagio proprio hoc negat Springfield. *de apanag. cap. II. num. 24.* sequ. In apanagio improppio vero, aucto domanio, etiam augendum esse apanagium volant, Leisser. *in iur. Georg. libr. I. cap. 31. num. 40.* cum alimenta augeantur & diminuantur secundum diminutionem & augmentum patrimo-

nii, arg. L. 3. §. fin. *vbi pupill, educar. deb.* Sed num haec ratio iuris ciuilis, de praefandis pupillis a Tutore alimen-tis, hoc quadret, nos ad minimum valde dubitamus, & quaecunque etiam sit apanagium constitutum, nullum au-gmentum, auctis bonis primogeniturae, apanagiatis conce-dimus, argumento ni fallimur, magis valido desumptio ex §. quantitas 2. *Inß. de Leg. Falcid. & L. in quantitate 73. ff. ad Leg. Falcid.* ante omnia hic tamen attendere debemus pacta, conuentiones & obseruantiam illuſtrissimarum Fa-miliarum. Springsfeld. *de apanag. cap. II. num. 29. seq.*

§. LIX.

Quare hoc etiam in commodum Primogenitorum ver-git, quod aucta Familia Apanagiatorum, apanagi-um non angeatur, quemadmodum nec imminuta ea di-minuitur, aduentitii enim casus, vel qui de nouo superueniunt, non considerantur. arg. L. *Iudex datus 46. ff. de iu-dice. I. Julianus 6. ff. qui & a quib. manumiss.* Hic ergo, postgenitorum fratrum liberi parentes suos praedefun-ctos saltēm repreſentant, ac vltra portionem ipsis debi-tam nihil exigere possunt. Secus enim, si diceremus, fa-cile posse evenire, vt ex uno fratre decem vel plures ne-potes supereressent, quod in maximum fratris possessoris Maioratus damnum cederet, si omnes eos congrue alere adstrictus sit. Vid. Eric. Maurit. *Confil. Tubing. part. 2. Con-fil. I. num. 72. & 73.*

§. LX.

Subintrat praerogatiua alia: Si enim duo, tres vel plures sunt fratres, quibus a primogenito apanagium praefandum est, uno ex illis absque heredibus mortuo, vel
ad

ad Maioratum vocato, reliquis fratribus appanagiatis non accrescit ipsius portio, sed potius cum domanio seu bonis primogeniturae consolidatur, quia inter eos, qui admittuntur de iure speciali, non habet locum ius accrescendi contra voluntatem disponentis, arg. L. mulieri 74. ff. de Condit. Et demonstrat. Leißler. in iur. Georg. libr. I. cap. 31. num. 64. Springsfeld. de apanag. cap. II. num. 45.

§. LXI.

Illud etiam in fauorem primogenitorum statutum est, quod bona, fratribus postgenitis in apanagium concessa ab his non possint oppignorari, vel alio quoque modo alienari, vnde etiam Primogenitus agnoscere non tenetur aes alienum ab Apanagiatis fratribus contractum. Springsfeld. de apanag. cap. II. num. 261. sequ.

§. LXII.

Praetera quoque Castris alicuius custodiam, clavesque Castris magis debemus committere filio primogenito, quam fratribus postea natis, quia pro primogenito, prae*dictiorisque ac constantioris aetatis domino, maior fidelitatis est praesumtio, & citius corrumpuntur iuniores, & plures, totumque Castrum vel produnt, traduntque, vel partem suam occupandam concedunt aliis, & alienant, nouosque hospites inuitant, Hering. de iur. Burgor. §. 44. num. 629. seq. Quodsi etiam fratribus postgenitis Castrum aliquod, seu fortalitium, in apanagium concessum, quod fieri tamen temere non debet, praesertim si sint fortalitia limitanea, quae instar clauium regni sunt, Lombard. in trutin. triadum quaest. controv. pag. m. 17. primogenito ramen ius aperturae, tanquam pars aliqua superioritatis ter-*

ritorialis, quae apanagio non inhaeret, nec regulariter in
apanagiatum transfertur, omni tempore saluum ac illacsum
remanere debet. Praeses in *dissert. de iur. fortalit. sect.*
6. §. 7.

§. LXIII.

Quemadmodum etiam, vbi de deponendis Instrumentis agitur, aetatis aliquando habenda est ratio, *L. fin. ff. de fide instrument.* sic quoque, si dubitatur, apud quem depositio Instrumentorum fieri debeat, primogenitum, siue filium seniorem admittendum esse, volunt. Vid. Tiraquel. *de iur. primigen. in praefat. num. 127. sequ.* Quod eo facilius procedit, quia etiam solis primogenitis, ac principibus regentibus, ius Archui tribuimus, non autem Postgenitis.

§. LXIV.

Denique ad fauorem primogenitorum iuraque ipsis competentia singularia, hoc etiam pertinet, quod propter inhabilitatem aliquam superuenientem, bona primogeniturae non amittant, prout exemplo Saulis, Salomonis a liorumque probant Petr. Gregor. Tholoss. *de Republ. libr. 7. cap. 6. num. 1. seq.* Althus. *in polistic. cap. 19. num. 85.* Vid. Rosenthal. *de feud. part. I. cap. 7. conel. 28. num. 10.* & in *not. lit. b.* Et licet primogenitus siue Senior fiat Clericus, nihilominus bona primogeniturae ac Maioratus retinere deber, per ea, quae nouissime tradit Wilh. Ludwell *in suis decision. special. decis. 44.* quod quidem inter Reformatos ac Lutheranos nullum dubium habere videtur, quoad Principes Catholicos tamen, qui, seculo renunciando, sacris Ordinibus se mancipant, doctrinam Springsfeldii *de apanag. cap. 3. num. 232. seq.* putarem esse sequendam. Nec ob

ob delictum commissum publicari possunt bona primo-
geniturae subiecta, aut in Fiscum referri, in praeiudicium
illorum, qui in ea primogenitura spem successionis ha-
bent, arg. L. cum qui 3. ff. de interdict. & relegat. Bets. de pact.
Famil. illistr. cap. 8. §. 63. Ludolph. de introduct. iur. pri-
mogen. part. spec. apb. 16. §. 3. num. 48. seq. Si tamen a pa-
tre crimen laesae Maiestatis commissum sit, exclusionem a
successione in bonis primogenitalibus locum habere posse,
affirmandum videtur, per L. quisquis 5. §. 1. Cod. ad Leg.
Iul. Maiest. Vid. Rosenthal. de feud. part. 2. cap. II. con-
clus. 6. num. 16.

§. LXV.

Haec nobis sufficient! quae restant, suppleant alii, quibus
harum praerogatiuarum maior est penus. Nec-
nem, quae diximus, omne punctum absoluunt, aliis vero li-
mites ponere, nostrae potestatis non est. Minime etiam
credere volumus, existere postgenitos illustres, qui animo
prorsus indignabundo, pagellas hasce fuscipient; excel-
litor enim ac magis generosa illorum est indoles, quam
ut naturam accusare, aut se armare contra leges, vel otia
Academica interturbare velint. Nec etiam illorum iura
infringere velle, propositum est nostrum, sed potius, si quid
occurret, quod aut rationi, aut legibus publicis contrari-
um, pro non dicto vel scripro, aut si mauis, pro

Fabula Democritica id haberi volumus. Tu,
quisquis eris, Lector, faue conatu!

F I N I S.

COROL.

I. Magis conductit Principi amari, quam timeri a Populo.

II. Praefstat in Republica, habere homines superstitiones, quam atheos aut impios.

III. Eriam Haereticos in Imperio Romano tolerari possunt.

IV. Ius Postularum ac cursus publici, Status imperii regale sibi vindicante.

V. Vasallus Dominum feudi defensionis gratia occidere potest, nec hoc modo Feloniam committit.

VI. Dominum feudi Vasallus etiam tunc cucurbitare dicitur, si uxorem ipsius volentem carnaliter cognoscit.

VII. Puberes, sine Curatoribus suis, possunt obligari.

VIII. Potest se aliquis obligare sub infamia, bey Schelmen schelten.

IX. Lex 2. Cod. de Rescind. Vendit, non habet locum in Transactionibus.

X. Partus septimestris est legitimus.

XI. Iniuriarum tenetur, qui Virgini inuitae osculum extorquet.

XII. Tortura, ut ita loqui liceat, post Deum fere est omnipotens, & remedium eruenda veritatis fragile ac crudele, adeoque in iudiciis Christianis non decernenda.



ULB Halle
006 398 758

3



X 2203495

Sb.

Kort
VD 18





B. I. G. num. 5. 1714, 1

Q. D. B. V
 DISSERTATIO IVRIS PUBLICI
 DE
**PRAEROGATIVIS
PRIMOGENITORVM
ILLVSTRIVM**
 SVB PRAESIDIO
 IO. LVDOVICI VVIEDERHOLDT
 I. V. L
 IVRIVM PROFESSORIS PUBLICI ORDIN.
 ET CONSILIARII NASSOV
 HERBORNÆ A. MDCCXIV
 RESPONDENTE
 IO. PHILIPPO CASPARO BEHR
 PUBLICE HABITA
 NVNC VERO OB MATERIAE PRAESANTIAM
 ET RARITATEM
 DENVO RECUSA
 HERBORNÆ 1745.

LITERIS IO. NICOLAI ANDREAE

